

16. n. 94. Competit annus reuolutionis ipsi, si res adjudicata creditori.

§. 16. Ultimum est debitoris exmissio. Quæ tamen eidem intimatur præfinito termino, quo sponte exire possit. Recusans tandem cum suppellectile ejicitur per apparitores confecto desuper instrumento.

## LIB. VI.

De

# PROCESSU CRIMINALI.

*Tit. I. De processu accusatorio & inquisitorio.*

*Tit. II. De inquisitione generali.*

*Tit. III. De inquisitione speciali.*

*Tit. IV. De iudicio criminali & foro competente.*

*Tit. V. A quo & quomodo crimen committatur.*

*Tit. VI. De criminum divisione.*

*Tit. VII. De pœna furti.*

*Tit. VIII. De pœna rapinae.*

*Tit. IX. De furtis publicis residuo & c.*

*Tit. X. De furtis singularibus rerum privatarum.*

*Tit. XI.*

- Tit. XI. De plagio & raptu.  
 Tit. XII. De crimine falsi.  
 Tit. XIII. De stellionatu.  
 Tit. XIV. De scopelismo & termino moto.  
 Tit. XV. De annonâ & dardanariatu.  
 Tit. XVI. De injuriis.  
 Tit. XVII. De prævaricatione.  
 Tit. XVIII. De perjurio & blasphemia.  
 Tit. XIX. De crimine magie.  
 Tit. XX. De delictis carnis seu L. Jul. de  
 adult. & stupr.  
 Tit. XXI. De homicidio.  
 Tit. XXII. De expositione infantis, abortu &  
 infanticidio.  
 Tit. XXIII. De crimine læsæ majestatis.  
 Tit. XXIV. De vi publica & privata.  
 Tit. XXV. De diffidatione.  
 Tit. XXVI. De incendio.  
 Tit. XXVII. De collegiis.  
 Tit. XXVIII. De carcere.  
 Tit. XXIX. De modis quibus crimen ex-  
 tinguatur.



## TIT. I.

## De processu accusatorio &amp; inquisitorio.

## §. 1.

**P**rocessus est in criminalibus vel accusatorius vel inquisitorius. Primo enim videt iudex annon accusator exurgere & crimen commissum vindicare velit *v. c.* cognati in homicidio. Dein nemine apparente ipse inquit ex officio.

§. 2. In accusatorio observantur solennitates ut in civili. Porrigitur libellus, citatur, excipitur, lis contestatur & ita porro. Differt talis processus criminalis, quod petitio libelli generalis sufficiat, cautio de injuria præstetur, finiatur, si de tortura interlocutoria pronunciata. Moller. *L. II. sem. I. n. 2.* Carpz. *pr. crim. P. III. q. 107. n. 58. & 59.*

§. 3. Accusatorius conspicitur hodie in processu banni contra absentem si enim delinquens aufugit, nec apparet ex iis, quos causa attinet, qui intentato processu ad pœnam commissi criminis agere velit: ex officio ad mandatum principis accusator ficti nomine constituitur. *vid.* Keyser *integr. tract. von der Anleitung zum Aecht-Process.*

§. 4. Per accusationem apud Romanos

Ti. I. De p  
os in clarescen  
riegi. de modo  
nores ab accu  
salim admittit  
injuria ad hoc  
na successione  
negligenti vid  
Idem de Gallu  
p. 269.

§. 4. Pr  
bet infirmi, m  
niendum com  
quis committit  
non sufficit.  
quens non pr  
per litteras pa

§. 6. In  
in persona ad  
in termino  
Videntur varie  
hominibus accu  
Dopler in  
no non compar  
niam, conde  
mens & tandem  
Si co  
petuoliceet fa  
vere accusatorius

nos inclarescendi plane quærebatur occasio. Kriegk. *de modo inclaresc.* Apud nos \* autem mores ab accusandi libidine abhorrent & falsim admittuntur, quos sua, suorumque injuria ad hoc munus vocat. Interdum pœna successione admittendæ plane incumbit negligenti *vid. supr. tit. de mod. amitt. success.*

\* *Idem de Gallis & Belgis testatur Mart. de crim. p. 869.*

§. 5. Processus Banni autem non debet institui, nisi constet delictum morte puniendum commissum, quis auctor ejusdem, quis committendi modus, nam sola fuga non sufficit. Præcipue videndum an delinquens non prehendi & carcerari possit. *v. c.* per litteras patentes *Steff. Brieffe.*

§. 6. Initium fit à citatione edictali, ut in persona absens compareat. Convocatur in termino sub diu iudicium criminale. Miscentur varix interrogationes, nec sine solennibus accusator prodit. von Zetter Schreyer *vid. Dopler in theat. pœn. c. 1. n. 144. seqq.* Contra non comparentem proceditur in contumaciam, condemnatur ad legitima impedimenta & tandem in bannum.

§. 7. Si comparet ipse accusatus, impetrato scilicet salvo conductu, processus fit vere accusatorius & instituitur *ut in §. 2. supr.*



Nunquam tamen ad sententiæ publicationem, nisi probabiliter conjecturet, acerbam non fore, adesse solet. Quia omnis salvus conductus conditionaliter concipitur.

## TIT. II.

## De Inquisitione generali.

## §. 1.

**I**nquisitorius Processus absolvitur inquisitione generali & speciali, in generali inquisitione indagatur corpus delicti, seu ipsa existentia facinoris, quod commissum esse existimetur. Incipit à denunciatione \* quæ cuilibet non tantum permixta, sed alicubi planè injecta *Idr. lib. I. a. 2.* vel certis personis commissa. Statim hæc ad acta annotatur, cum iis, quæ denunciatus interrogatus ulterius adjecit. Nam & ejus persona exploratur, ne forte ipse delinquens, astutè delictum deferat suspicionis à se amoliendæ ergo.

\* Dantur tamen & alii modi per quos judici crimen commissum intimatur v. c. fama publica, confessio complicitis, exceptio contra testem.

§. 2. Si homicidium nunciatum, judex mox cum medicis ad locum pergit secandi cadaveris causa & quærendi quis adstiterit

Tit. II. D  
ritrix & occasi  
mentum, quæ  
conducunt ad  
gatio.

§. 3. Se  
est, sed præter  
bris & notario  
quoque vulner  
apparet periculi  
chirurgorum ve  
tate. v. d. v. d. f.  
man. prax. v. d.

§. 4. D  
sectionis non  
gunt enim O  
d. O. C. a. 149.  
um Carpozov, p  
ri. Quæ sen

§. 5. Illu  
de evidentia fa  
quis igne, laque  
na, si caput  
ocident, insullu  
quare velle, e

§. 6. Dieb  
re cadaveris &  
de unusque fun  
non adit multum

rit rixæ & occasione, quale adhibitum instrumentum, quæ loci circumstantiæ, quæ omnia conducunt ad formandam ideam de negotio.

§. 3. Sectio neutiquam differenda est, sed præter dictas personas adhibitis Scabinis & notario celeriter instituenta. Exactè quoque vulnera, tubera & quicquid signi apparet perscribi debent, addito medicorum, chirurgorumvè juratorum judicio de lethali-  
tate. *vid. tract. Feltmann de cadav. inspic. Aman. prax. vuln. lethal.*

§. 4. De necessitate inspectionis sive sectionis non convenit inter Dd. Distinguant enim Oldecop. *Dec. 1. q. 8.* & Blumlach. *ad O. C. a. 149.* Indistinctè autem requirunt, cum Carpzov. *pr. crim. 1. q. 26. n. 44. ibidem allegati.* Quæ sententia omnino tutior.

§. 5. Illud faciliè constat, quod, si ipsa evidentia facti lethali-  
tatem loquatur v. c. si quis igne, laqueo suffocatus, submersus in aqua, si caput amputatum, vel simile quid acciderit, insulsum foret sectionem insuper requirere velle, *vid. Feltmann. d. tr. c. 21. §. 4.*

§. 6. Diebus autem criticis, sicuti & tactui cadaveris & sanguinis stillationi, quia de utriusque fundamento obscurius constat, non adeo multum fidendum. *vid. Bohn de*



renunc. vuln. 140. 141. Besold. in v. Bahrecht.  
Dissentit Zieriz. ad art. 140. P. H. S. D.

§. 7. Similiter in aliis delictis, quæ effectum post se relinquunt, ille sedulo examinandus erit. Hinc in furto domus visitantur. In magia morbus hominum & pecorum per peritos artis examinatur. Quo de ipsius facti constet existentia *vid.* Maurit. *consil. chil. 1. conf. 9.*

§. 8. Quodsi delictum post se non relinquat externum effectum per conjecturas eruitur è circumstantiis cum delicto necessario cohærentibus præcipue autem, ut pœna infligi possit capitalis, partium confessio extorquetur. Qua tamen non præcisè opus. *vid.* *Matth. L. 48. t. 2. c. 4. t. 5. c. 6.*

§. 9. Insuper iudex personas, quæ delicti commissi, vel auctoris notitiam habere verosimiliter præsumuntur absque strepitu ad se citat, generaliter sine nominatione, certæ personæ interrogat, attestata eorum annotat, silentio iis imposto. Tandem ex his articulos inquisitionales certæ personæ proponendas efformat & generalem inquisitionem ita finit.

TIT. III.

*De Inquisitione speciali.*

§. 1.

**F**ormata igitur inquisitione generali iudex arbitrabitur an ad specialem deveniri possit. Quem in usum responsum petere licet collegii juridici. Si non adsint iudicia sufficientia, acta in futurum usum nihilominus seponuntur & asservantur.

§. 2. Indiciis verosimilibus autem existentibus, orditur specialem inquisitionem à captura in delictis corporis afflictiva pœna notatis. Vel ab alia citatione si minor pœna statuta vel personæ status id suadent. Nam viles & perfrictæ frontis homines in omni delicto capi & carcere includi possunt Carpz. *pr. crim.* III. q. III. Facta captura cum modo custodiendi ad Acta annotatur.

§. 3. Captus si fieri potest statim in iudicium deducendus & summariter examinandus est. Quæ respondet curate sunt registranda, ut de contradictione constet, & ut distinctius quæri possit. Preleguntur omnia secunda vice an omnia approbet.

§. 4. Conferantur dicta inquisiti cum dictis testium in inquisitione generali, atque ut sigillatim ad circumstantias facti respondeat,



deat, ex iisdem formantur articuli inquisitionales. Hi sunt vel generales, vel speciales, non prolixi nimis, non concisi, nec perplexi, præcipuè ad captum inquisiti accommodati. Brunnem. *proc. criminal. s. 8. m. l. n. 43. sequ.* Cavendæ omnes suggestiones *v. art. 56. P. D. G. D.*

§. 5. Inquisito negante & pernegante alii conscribuntur articuli, ut testes summariter dicta non nova & jurata adseveratione confirmet salva, ut in civilibus libertate inquisiti postea contra eorundem personas & dicta excipiendi.

§. 6. Quamvis vero sint, qui negant documenta ad probandum hic adhiberi posse. Verius tamen contrarium. In primis cum varia delicta dentur, quæ per scripturam vel committantur, vel continuantur, aut via ad eadem paretur. Hinc non aliæ in criminalibus probationes, licet clariores exigantur, quam in causis pecuniariis *v. Matth. L. 48. t. 15. per tot.*

§. 7. Testium dicta rite consignata, cum inquisiti responsionibus demum conferuntur. Inquisitus, si non concordant de dicenda veritate admonetur. Quodsi pergat negando instituitur confrontatio, maxime, ut coram vincatur & aspectu testium conscientia eius magis tangatur. *vid. Thabor. de confront. P. III. per tot.* Quandoque etiam, ut

à te

Tit. III. D.  
 cessibus, peregr  
 eni ipsius ign  
 s. n. 99.  
 §. 8. Est  
 complici, qua in  
 confrontatur.  
 mifito, citatus a  
 tantari solet.  
 reverenda sine  
 ill. qu. 114. n. 7.  
 §. 9. An  
 transmittuntur  
 Non tantum si  
 advocatum suis  
 ex officio, si n  
 quantum suffic  
 pensis defensi  
 §. 10. Ad  
 legum quoru  
 tractur, quod ni  
 machinatus sint  
 inquisitionis a  
 fitionis ipsi exit  
 pringitur eidem f  
 §. 11. Adv  
 tum cum inqu  
 Cap. 17. t. 8. d.  
 tus advocato acta  
 similitans quære

à testibus, peregrinis sæpè nosci possit, si nomen ipsius ignorant. *Brunnem. proc. crim. c. 8. n. 99.*

§. 8. Est & alia confrontatio cum complici, qua inquisitus cum alio inquisito confrontatur. Vel qua denunciatus ab inquisito, citatus ad iudicium, cum eodem confrontari solet. Enimverò hæc neutiquam decernenda sine iudiciis *vid. Carpz. pr. crim. III. qu. 114. n. 7. Thabor. d. l. 1. 33.*

§. 9. Antequam rebus sic gestis acta transmittuntur, reo concedi solet defensio. Non tantum si inquisitus ipse eandem urgeat, advocatum suis sumptibus alere possit, sed & ex officio, si non tantum in bonis habet, quantum sufficit futuræ defensionis publicis impensis defensor constituitur.

§. 10. Advocatus *vi art. 88. P. H. G. D.* & legum quorundam provincialium jurare tenetur, quod nil dolosè aut per calumniam machinaturus sint præstito hoc juramento acta inquisitionis ad excerpta momenta defensionis ipsi exhibentur. Certus terminus præfigitur eidem finiendæ. *Cz. III. C. 115. u. 86.*

§. 11. Advocato conceditur etiam colloquium cum inquisito, sed non sine teste *vid. Carpz. p. IV. c. 8. d. 9.* Interdum ipse inquisitus advocato acta perlustranti adest, ut de circumstantiis quærere possit.



§. 11. Divisio defensionis sumitur à fine, quod sit vel minus principalis pro avertenda inquisitione statim ab initio, quo casu advocato actorum non permittitur inspectio, vel pro avertenda tortura, aut juramento purgatorio, aut expensis, vel principalis pro producenda innocentia.

§. 13. Modus conscribendi est arbitrarius vel per syllogismum, vel divisionem in tres partes, ut prima recensentur indicia gravantia, secunda responsio, tertia argumenta pro ostendenda innocentia. Possunt & in fine argumenta suasoria v. c. de inquisiti artificio, promissis futuris cum certa persona nuptiis in omnem eventum petitio aggravationis adjungi. *vid. plura Thönnick. in advoc. prud. crim. Keyser proc. inquis. p. 387. sequ.*

§. 14. Defensione ad finem perducta, nil amplius moveri solet. Neque enim iudicium directo vel per indirectum eandem refutare licet. Integrum tamen ipsi est perplexo nimis defensorio scripto exhibito superiorem adire & annon fisci nomine quid monendum & qua ratione ex eo sciscitari. Uti non ita pridem factum meminimus.

§. 15. Acta sic instructa transmittuntur ad collegium iudicum. Ad quod toties ablegantur iudices ab Imperatore *in ord. crim.* Quamvis in multis civitatibus imperii id rarius

Tit. III. T.  
 his practetur.  
 nega mittantur  
 calationi adesse  
 corum deper  
 dum. Vspacial  
 fra formetur die  
 quiritur. *vid. B.*  
 §. 16. Ex  
 pum principis  
 mitive ad mor  
 natus sit delin  
 purgatorium.  
 non resignanda  
 §. 17. L  
 spicionibus tar  
 uramentum pu  
 erendum, u  
 z. Ab expen  
 tem injuriar  
 atem conced  
 odam veritatem  
 libbantur.  
 §. 18. Si n  
 statamen plenis  
 tura. *vid. plenim*  
 le eius aqutate v  
 estum jurispruc  
 vens quod in pra  
 in cruce perdu

rius practicetur. Si mittuntur, opus est ut integra mittantur. An inquisitus simul irrotationi adesse debeat, ex observantia judiciorum dependet. Quod & de loco dicendum. Ut speciatim à iudice status controversæ formetur die Uethels-Grage præcisè non requiritur. *vid. Brunnem. pr. crim. c. 8. m. 4.*

§. 16. Executio sententiæ ad rescriptum principis demum suscipitur. Sive definitive ad mortem, sive ad torturam condemnatus sit delinquens, vel ad iuramentum purgatorium. Hinc acta à iudice inferiore non resignanda.

§. 17. Delicto nondum confessio suspicionibus tamen onerato Inquisito defertur iuramentum purgatorium, solenne scilicet ad terrendum, unde & spiritualis tortura dicitur. Ab expensis non liberat. Nec denunciantem injuriarum actione conveniendi facultatem concedit. Olim ad facilius erudendam veritatem compurgatores è cognatis addebantur.

§. 18. Si nimis evidentiæ sint indicia, desit tamen plenissima probatio decernitur tortura. *vid. plenius Clasen. ad ord. crim. art. 45.* de cujus æquitate vel iniquitate non est definiendum in jurisprudentia judiciali. Illud novimus, quod in præpotenti regno abrogata, in crimine perduellionis & conspirationis spe-



specialibus rescriptis ex necessitate ad indicandos complices sæpius in usum revocata fuerit, *vid. disp. de tort. sub DN. Thomaf. & Epist. in f. Schilt. Exerc. 49. §. 159.*

§. 19. Prælium saltem torturæ est ter-  
ritio, quæ duplex, realis, cujus varii gradus ex  
formulis sententiarum addiscuntur; verbal-  
lis, quæ sine actu & apprehensione carnificis  
peragitur, adeoque unius saltem generis.

§. 20. Ipsius torturæ tres communiter  
statuuntur gradus. Modus pronunciandi  
variat. *vid. Richt. V. I. §. c. 24.* Requisita sunt,  
ut fiat noctu, loco remoto, probè observato  
carnifice, ad præscriptum sententiæ, registra-  
tis omnibus inquisiti gestibus. Cavendum  
judici ne imperito examen committat, qui  
facile contra mentem *art. 56. Const. crim. per-*  
*peram instituere potest eam.* Quod verò reus  
illicita ratione interrogatus confitetur, habetur  
pro nullo *Farinac. consil. crim. 83. n. 3.* Clarus  
*pr. crim. L. 5. §. f. 9. 45. n. 35.*

§. 22. Confessio antiquissimo voca-  
bulo dicitur die Ubrgicht *vid. Dopl. pen. p. 334.*  
Hæc non nisi remissis tormentis & quidem  
ipsissimis inquisiti verbis annotanda est. *P.*  
*H. S. D. art. 47. 52. 64.* Quæ durante tortu-  
ra, vel sponte, vel ad interrogationem judicis  
ab eodem dicuntur nullius momenti sunt *art.*  
*88. Brunnem. c. V. m. 8. n. 61. Bocer. de tort. c.*

8. n. 35.

*e. 8. n. 35.* Quod & dicendum si perversè verba perscripta.

§. 23. Ambigua tamen & perplexa confessio non sufficit, sed ad quaestiones in sententia descriptas categorica responsio vel reiteratis tormentis extorquenda est. Non tamen addendum ab actuario, quod sponte facta, sed solæ circumstantiæ *Oldekop. t. IV. o. 11. per tot.*

§. 24. Post aliquot dies denuo inquisito confessio prælegenda, extra torturæ locum, ut post revocationem ulterior repetitio decerni *vid. art. 57. post ratihabitionem* definitiva sententia ferri possit.

§. 25. Quoties autem tortura repetenda, per distinctionem delictorum determinari solet. Ultra tertium tamen non procedendum, *Guazzin defens. 20. c. 4.* Quod speciali constitutione *Elect. Augusti de anno 1572.* in Saxonia confirmatum. Præter revocationem autem sunt adhuc aliæ causæ repetendæ torturæ *vid. Dopler d. 11. p. 383. in f sequ.* Antequam repetatur potest inquisitus novas innocentiae conjecturas pro declinanda reiteratione in scripto ad acta exhibere *Manzius ad art. 57. P. H. S. O.*

§. 26. Qui torturam constanter & sine delicti confessione perferunt, protinus absolvuntur, sed si aliqua facta confessi sunt,



arbitrariè puniuntur, non tamen infamantur  
*vid. Richt. dec. 80. n. 30. de expensis vid. integr.  
 def. us. Thönnick. in advoc. prud. crim.*

§. 27. Si iudex contra jus torturam  
 exequitur, videndum an culpa, an dolo hoc  
 agat, an inquisitus inde mortuus, an adhuc  
 vivat, ut pro ratione circumstantiarum puni-  
 ri possit, *vid. P. H. G. D. art. 20. 21. 61. Oldekop.  
 d. l. 4. o. 40. pœnam quoque non evitabit, si  
 modum non observavit. Id. d. l. o. 24. vel per-  
 sonæ privilegium non attendit. vid. de perso-  
 nis. Döpl. d. l. p. 268. sequ.*

§. 28. Si delictum vel probatum vel  
 confessum sequitur sententia definitiva, quæ  
 si non amplior defensio conceditur, executio-  
 ni datur, secundum suum tenorem. Si re-  
 legatio injuncta, vel cum, vel sine fustiga-  
 tione, præstita urpheda, hæc pœna statim  
 imponitur. Ni intimatio consultata videatur  
 iudici. *vid. Sim. de intim. sent. c. 6. Facta exe-  
 cutio cum circumstantiis registratur ad acta.*

§. 29. Sin verò ad mortem reus con-  
 denatur, sententia ante triduum P. H. G. D.  
*art. 79. ei intimatur, ut de rebus suis, si velit,  
 disponat, creditores indicet, & migrationi ex  
 hac vita se præparet. Modus autem intiman-  
 di variat pro consuetudine locorum. Sub  
 prætextu negationis delicti, impœnitentiæ,  
 pro-*

meritæ pœnæ  
 Mauri. Conf.

De iudicio  
 co

Uentiu civili ju  
 & competenti  
 & in crimina  
 moralis & iudic  
 idem, imo major  
 ratem in nostro a  
 G. D. & Oldekop  
 mare art. 2. P.  
 servatus sit ant

§. 2. Offi  
 re exacta cogn  
 none juris & ob  
 manis processus  
 validitate colle  
 ne ad superio  
 nis, prudenti  
 parum omnium,  
 §. 3. Compe  
 rare et qui habet  
 diligendum inte  
 ma & minorem,

promerita poena se non potest subducere.  
*vid. Maurit. Consil. ebron. 26 p. 1. n. 9. sequ.*

TIT. IV.

*De iudicio criminali & foro  
 competente.*

§. 1.

Sicuti in civili iudice habilitatem, officium  
 & competentiam attendimus; ita isthæc  
 tria & in criminali supponenda. Habilitas  
 moralis & iuridica *vid. §. 1. 2. tit. IV. lib. ferè*  
*eadem, imo major requiritur ob causæ gravi-*  
*tatem in nostro argumento vid. art. 1. P. S.*  
*G. D. & Oldekop. 1. 1. 0. 1. ubi rationem adducit,*  
*quare art. 2. P. S. G. D. adeo parum religiose*  
*observatus sit antiquitus n. 6.*

§. 2. Officium ipsius generale absol-  
 vitur exacta cognitione facti, religiosa appli-  
 catione juris & observatione præscriptæ ordi-  
 nationis processus. Speciatim autem in  
 consultatione collegiorum iuridicorum, rela-  
 tione ad superiorem in perplexis & arduis  
 causis, prudenti expeditione actuum, sin-  
 gulorum omnium, quibus processus constat.

§. 3. Competens autem rursus in ge-  
 nere est, qui habet jurisdictionem. Alicubi  
 distinguendum inter jurisdictionem superio-  
 rem & inferiorem, de qua plenarie agit re-



sponsum allegatum Carpzovii P. 1. q. 109. n. 31. seq. imo ubique videndum, an certa delicta, certum forum agnoscant, v. c. forestalia, ecclesiastica, militaria.

§. 4. Refer huc die Rugeichte in Ducatu Wurtembergico v. Landord. tit. Polit. census und Rugeord. Megapol. Saxon. Gotha in Landord. quæ ad eradicanda scandala frequentiora & veluti quotidiana statuta. *Ordin. Gotb. fol. 257.* Adde die Zehendgerichte sive Zentgerichte Schilt. t. de *jurisd.* & alia plura ordine alphabetico apud Dopl. d. tr. c. 1.

§. 5. Sub eo autem, qui de criminibus cognoscit, delinquens tripliciter sortitur forum, vel quod sub eo habitet, vel quod in eius districtu deliquerit, vel tandem, quod in eodem deprehensus fuerit. Farinac. L. 1. t. 1. q. 7. Carpz. P. III. q. 110.

§. 6. Delicto forum in loco delicti sortitur omnis sine distinctione unde, fit, l. 7. C. de custod. & exhib. Ed. Recht L. III. art. 25. Si non satis constet ubi delictum commissum, occisus in confiniis reperiatur &c. vel prævenire melius erit, vel communi nomine inquisitionem peragere, quod vult U. M. t. de *judic.* §. 2.

§. 7. Forum deprehensionis locum sibi vindicat in criminibus atrocioribus arg. l. 1. 2. C. ubi de crim. Carpz. q. 110. n. 73. quod & ad

et procedens al  
 me. cro. fu. III. a. 1  
 §. 8. C  
 no fit voluntaria  
 tam frustra de pra  
 ur. Extra carcer  
 delinquente parti  
 m, si alter judes  
 ter, vel aliud  
 ab agnitione d  
 ubi vid. Guzzini  
 §. 9. Judi  
 dice & scabinis,  
 edis ad iusticia  
 mini speciatim  
 d. Gloss. ad P  
 abm. c. 7. §. 10. E  
 art. 181. 182. 1  
 112. 13. V. S. G.  
 T  
 a quo & qu  
 m  
 Cima commo  
 Cuius specie,  
 112. 111. 1. nequ

ad præcedens aliquatenus applicat. Carpz. *proc. civ. tit. III. a. 2. n. 56 sequ.*

§. 8. Cum hodie inter diversos remissio sit voluntaria, videmus, quod post capturam frustra de prærogativa fororum disceptetur. Extra carcerem autem adhuc vagante delinquente partim à dicta præcautione, partim, si alter iudex partem actorum non possidet, vel aliud remedium cogendi non adfit, ab agnitione delinquentis eventus dependit *vid. Guazzin. def. I. c. 9.*

§. 9. Judicium criminale constat iudice & scabinis, utrisque jurejurando adactis ad justitiæ administrationem. Scabini speciatim sint Schöppenbahre freye Leute *vid. Gloss. ad Edrecht C. I. art. 2. Brummer. de Scabin. c. V. §. 10.* His additur juratus actuarius *vid. art. 181. 182. P. H. G. D. de numero est in art. 12. 13. P. H. G. D.*

TIT. V.

*A quo & quomodo crimen committitur.*

§. 1.

**C**Rimen commode à delicto, tanquam genus à specie, separatur. *Matth. de crim. proleg. c. 1. n. 1. neque obstat. l. 131. in f. de V. S.*



vid. *ibid.* Cujac. ubi & græcos *εὐελήματα* & *ἀμαρτήματα* à se invicem distinxisse notat. Dicitur crimen quoque maleficium vid. tamen Huber. *præl. ad ff. t. de priv. delict.*

§. 2. Late acceptum ut in *d. l. definitur*, factum contra leges reipublicæ pœnales, Factum comprehendit etiam hic non factum, sive dolosam negligentiam & omissionem. Non tamen in omni crimine Matth. *d. l. n. 15.* Semper quoque supponendum factum à voluntate imperatum seu voluntarium.

§. 3. Contra leges pœnales additur, ut à vitio distinguatur, & omni facto illicito alio, quod vel contra leges reipublicæ plane non fit, vel in illas impingit quidem, fertur & tolleratur tamen.

\* Non inepta est observatio Noodti, quod aliud præceptum juris & regula, aliud lex, unde conjicit regulas §. 3. 7. de J. & J. male misceri cum legibus vid. *observ. dict. aut.*

§. 4. Committunt itaque crimen, qui malevoli propositi seu doli sunt capaces. Inde excluduntur bruta, quorum causa quoque nullum jus constitutum *l. 2. de stat. hom.* Quare tamen & hæc quandoque è medio tollantur explicat Augustin. *in c. mulier. 15. 4. 1.* Exempla habet Matth. *d. l. c. 2. n. 1.*

§. 5. Ratione ætatis, quia cum homine mali-

malitia crescit, g  
pubertatis, n  
distinguendum, ar  
tum arg. l. ex  
benda ratio crim  
fior, an minime  
tujus sit malitia,  
en. prolixè (Gom  
§. 6. Alien  
ionem explicat  
z, furoris grad  
prudenti judici  
tur, vel ad pen  
Ulpianus *in l. 13.*  
Quod & de di  
tum *ad l. 1. c. 1.*  
e in vere dem  
constituas cum  
jelem decisio  
l. 2. amb.  
§. 7. Turb  
is, ira, amor,  
reior motus  
relic opus. Sur  
telus parandum  
quocumque Bach  
ta in improviso.  
ex ætate commit  
bus dæ veniam.

malitia crescit, gradus observantur, infantia, impubertatis, minorennitatis. Neque distinguendum, an commissum quid an commissum *arg. l. excipiuntur ad Sct. Silan.* potius habenda ratio criminum, an facile sciri possint, an minime. Item, quæ in individuo hujus sit malitia, explorandum *vid. l. 7. C. de pœn. pralix Gomez tom. 3. resol. 1.*

§. 6. Alienatio mentis eandem decisionem exposcit, cum & hæc stultitiæ, infantiæ, furoris gradus agnoscat: probe quoque prudenti judici examinandum, quid simuletur, vel ad pœnam evitandam disimuletur. Ulpianus *in l. 13. §. 1. & Macer. l. 14. de offic. pref.* Quod & de dijudicandis intervallis tenendum *dd. txx. l. 6. de curat. furios.* Cave tamen, ne in vere dementes pœnarum gradus hic constituas cum citatis à Matth. *d. l. n. 7. f.* Qualem decisionem refert DN. Thomaf. ad *Monzamb.*

§. 7. Turbant mentem non raro ebrietas, ira, amor, vel alius affectuum vehementior motus. Sed multa circumspectione hic opus. Sunt, qui inebriantur, ut ad scelus patrandum animum sibi addant. Sunt, qui quotidie Bacho litant. Sunt, qui rarius, & ex improvise. Ita & omnia fere delicta, ex affectu committuntur, quis autem omnibus daret veniam.



§. 8. Practice igitur respiciendum puto, qua occasione ebrietas contracta, vel affectus commotior surrexerit. An lapsus in causa, an tertius, quibus irritamentis usus, quamdiu, ubi, & quæ sint similia.

§. 9. Dormientes, somnolenti, noctambulones extra ordinem puniuntur sapias, aliquando & absolvuntur *vid. DN. Thom. de ju. circa somn. & insom.* Surdus & mutus, si propter defectum hunc scelus admisit, mitior omnino habendus est. *vid. 3. §. in quibus ad Sc. Silan. DN. Stryk. de jure sens. dissert. IV. c. 5. per tot. Integrum processum adjunxit pr. crim. Keyser.*

§. 10. Modus delictum committendi est, ut dolo fiat: Imo & culpa impunis non dimittitur, licet ab ordinaria exuset. *l. 38. §. qui abortum l. 16. §. 2. eventus de pen.* Nam non tantum à malitia revocandi sunt homines, sed & eo redigendi, ne eorum conversatio formidolosa, aut intolerabilis sit *Puffend. I. N. G. III. 16. vid. tamen Huber. prel. d. l. n. 4.*

§. 11. Oportet autem, ut dolus ad factum externum processerit, & veluti præludia aut preparatoria ipsius delicti accesserint. Quanta vero hæc esse debeant, merito prudentis judicis arbitrio committitur. Potissimum noxietas & atrocitas delicti mensuram præbent preparatorii, sive conatus poenæ

*vid.*

*crim.*  
*Tit. Tiraquell.*

§. 12. Sicut  
quod vel immo  
operam suam pa  
illud arbitratur  
reccatur, sit bon  
is idem sit alio  
genius, quo  
is &c. Quis m  
erit, quis sed  
queat.

§. 14. N  
ipsum delicti in  
lis opera, inter  
sua sufficiens  
um quis subire  
de repetitione  
reliquis circum  
notus componi  
41. 13. c. 4.

§. 15. Com  
torem, cuius in  
in culpa, intenti  
volentem? dep  
volentis & la  
ctus. In & contr  
supponit hos hom

vid. Tiraquell. de causf. temp. pœn. causf. 37. § 99.

§ 13. Spectat & illud ad modum, quod vel immediate quis scelus patret, vel operam suam patraturò accommodet. Ubi illud arbitrabitur iudex, an, qui immediate peccavit, sit homo simplex, an astutus, qualis itidem sit alterius, qui moraliter concurrat, genius, quo artificio usus, quibus technis &c. Quis improba societatis initium fecerit, quis seductor, quis seductus dici queat.

§ 14. Neque vero prætermittenda ipsius delicti inspectio. Interdum enim realis opera, interdum consilium, raro sola scientia sufficiens factum, propter quod pœnam quis subire cogatur, constituit. Quod & de repetitione, loco, tempore, qualitate, & reliquis circumstantiis, ex quibus delicti modus componitur, dicendum. vid. Matth. l. 48. c. 18. c. 4.

§ 15. Committitur delictum in omnem hominem, cujus jus læditur. Nulla hic opus læsi culpa, intentione, ætate &c. An & contra volentem? dependet decisio ex consideratione lædentis & læsi, an persuasus, an allectus. An & contra seipsum, N. quia injuria supponit duos homines. Matth. c. 3. d. 1.



TIT. VI.

De criminum divisione.

§. 1.

**C**Rimen est vel publicum vel privatum. Quæ divisio defumta est aliquatenus à natura rei vid. Balduin. ad 7. de publ. jud. proleg. n. 1. sed non in universum: Publica sunt, quæ respiciunt satisfactionem publicam. Privata, quæ privatum.

§. 2. Subdividuntur publica in ordinaria & extraordinaria. Illa sunt, in quæ nominata lege & certa pœna animadvertitur, quorum in gratiam, certus Magistratus constitutus. Horum initio erant tria vid. l. 2. §. 3. de O. 7. sed postea numerus à Sylla auctus est, & plura accesserunt vid. elenchum apud Balduin. ad t. de publ. jud. proleg. Extraordinaria autem, in quæ ejusmodi lex seu pœna non statuta. Erat & in modo procedendi differentia, quam sustulit l. 8. de publ. jud. De usu confer. dissert. nostr. de dardan. p. 11. 12. 28. 29.

§. 3. Privata sunt vel popularia vel privata in specie. Popularia, ubi quilibet de populo ad certam summam sibi applicandam agere poterat, prælato tamen eo, cujus maxime intererat: Privata: ubi nemi-  
ni age-

Tit. VI. De  
negere concessi  
dabat. De us  
de popul. ad. G.  
Thomas de us  
quirendam den  
prærium promi  
popularium acti  
a lege speciali  
§ 4. Crimi  
cia. Hæc ita di  
endi, noxiare  
proleg. c. 17. Sed  
ter æstimamus.  
ptionem, sed fi  
veritatem pen  
ghigentia vid. S.  
§ 5. Crimi  
on capitalia.  
ms naturalis,  
misio. Hæc,  
eritur. Non  
ximilicæ sicut u  
uqua Schottel  
l. 10. n. 13.

ni agere concessum, nisi ad quem res spectabat. De usu moderno vid. Voet. ad ff. b. t. de popul. act. Grænew. ad eund. distincte DN. Thomaf. de usu act. pæn. c. 2. §. 12. 17. Ad inquirendum denunciati hodie interdum præmiùm promittitur, sed hoc arguit non popularium actionum usum, sed analogum, ex lege speciali ac moderna descendens.

§. 4. Crimina sunt vel levia, vel atrocia. Hæc ita dicta volunt à modo committendi, noxietate, circumstantiis vid. Matth. proleg. c. IV. Sed non omnia omnes æqualiter æstimamus. Usum adferunt 1. præscriptionem, sed falso per infra dicenda. 2. diversitatem pænæ, conatus vid. t. præc. §. II. negligentia vid. Matth. d. l. c. 3. n. 15.

§. 5. Crimina sunt vel capitalia vel non capitalia. Illa, quorum pænna est vel mors naturalis, vel civilis, adeoque capitis amissio. Hæc, in quæ aliis pænis animadveritur. Non coincidit divisio germanica in peinliche Fälle und Bürgerliche Bestrafung, de qua Schottel, de singul. Germ. jur. p. 25. O. crim. art. 113.



TIT. VII.

De pœna furti.

§. 1.

**F**urtum olim sola contrectatione invito domino facta committebatur *l. 5. §. b. t.* Non tamen sola inficiatione *l. 63. b. t.* Sed hodie fit sola ablatione *Edr. l. 11. art. 29. l. 111. art. 22. Schilt. XXV. 21.* qui & Glossæ ineptam juris patrii detorsionem notat. *vid. Mev. ad jus Lub. l. III. t. 2. art. 2.*

§. 2. De pœna juris civilis & distinctione in furtum manifestum & non manifestum *v. supr. §. 577. §. 5.* Constitutio Carolina *art. 157. 158.* si infra 5. solidos & prima vice commissum furtum non manifestum pœnam dupli, si manifestum & fur persona honestior quadruplum solvendum sed *vid. cit. §. supr.* pœnæ dupli & quadrupli exoleverunt, remanente tamen diversitate coercitionis criminalis. Præcipue cum hæc distinctio utroque speculo Suevico & Saxonico nitatur. Et sub hac distinctione capio Manzium *ad §. 3. j. de oblig. ex del. v. not. ad cit. §. 9.*

§. 3. Furtum est vel parvum vel magnum. Illud, quod est infra quinque solidos, de quorum valore *vid. Zieriz. ad art. 157. const. crim.* Hoc, quod valorem quinque soli-

Tit. VII.  
 fidorum exced  
 que est pœna ar  
 constantiz conc  
 ad §. 5. j. d. i. n. j.  
 • Hæc definitio ja  
 in of. feud. intro  
 sancta, sed Da.  
 legi durioris f  
 rubro sumo, n  
 sus de pœnastat  
 §. 4. Fu  
 teratum: pœna  
 fugatio est:  
 mish fere ead  
 iterato ultimun  
 minet *art. 161. 162.*  
 unctiones Da. Bt  
 nificum autem  
 m insuper hab  
 §. 5. Furtu  
 tarum, prout v  
 idem commissum  
 hœnsidem, alte  
 sed conjunct  
 vid. Harprecht d. l.  
 ribus. submersio i  
 trum pœnicis, nec  
 dicitur. Confen  
 ad §. 1. n. 7. 4. 1.

solidorum excedit *art. 160. const. crim.* utrobique est pœna arbitraria, nullibi, ni aliæ circumstantiæ concurrant, mortis, Harprecht. *ad §. 5. J. d. t. n. 56. Blumlach. ad cit. art. 160.*

\* *Hæc distinctio jam a Frider. II. §. 8. de pac. ten. in us. feud. introducta, pœna mortis in magnum sancita, sed Dd. mature de universalitate hujus legis durioris sibi visæ dubitarunt argumento à rubro sumto, unde Carolus V. in alleg. art. pres. sius de pœna statuit, vid. Manz. ad §. 5. d. t.*

§. 4. Furtum est vel primum vel reiteratum: pœna prioris carcer, relegatio, vel fustigatio est: posterioris, secunda vice commissi fere eadem, tertia autem vice furto iterato ultimum suffocationis supplicium imminet *art. 161. 162.* Quod defendit contra objectiones *Dd. Blumlach. in comment. 16.* Jus Saxonicum autem v. *§dr. II. art. 13.* Distinctionem insuper habet *vid. Struv. Exerc. 48. §. 22.*

§. 5. Furtum est vel simplex vel qualificatum, prout vel cum effractione vel sine eadem commissum, vel adhibitis armis, vel sine iisdem, alternative secundum verba *art. 159.* sed conjunctim ex interpretatione *Dd. vid. Harprecht d. l.* Pœna est suspensio in maribus, submersio in fœminis, ut tamen arbitrium judicis, nec ex mente constit. crim. excludatur. Consentit Jus Saxonicum Philippi *eclog. I. ad J. 4. t.*



§. 6. Furtum est vel nocturnum vel diurnum. Quæ distinctio & divino & XII tabularum jure nota est. Observavit eandem Jus Saxon. *Edr. II. art. 13. Alemann. c. 128. 209.* Gravius crimen existimabatur nocturnum, quam diurnum. Atque secundum hanc diversitatem pronunciatum refert Pistor. apud Schilt. *b. t.* Sed art. 167. aperte discrimen hoc removet. De licentia autem occidendi furem nocturnum vide sis *U. M. ad L. Aquil.*

§. 7. Committitur furtum ab iis, qui delinquere possunt. Quod si tamen servus domino, libertus patrono, mercenarius conductori furto subtrahit rem aliquam, non admittitur accusatio *L. II. §. 1.* Verum hoc praxi mutatum. Voet. *ad §. 12. J. b. t.* Grœnev. *ibid.*

§. 9. Cognationis autem & conjunctionis habetur ratio in parentibus, liberis, conjugē, cognatis & affinibus ad quartum gradum. Inter conjuges speciatim prodita est actio rerum amotarum sine pœna *L. R. A.* Reliquæ personæ in linea recta quidem eadem ratione dimittuntur, sed in collateralibus extraordinarie coerceri possunt *v. Philip. eclog. 7. d. l.*

§. 9. Mitigant pœnam impubertas, spes emendationis *art. 157. 158.* vita ante acta. Neces-

Tit. VII.  
Necessitas Tholo  
nitatio rei furto  
leze, cellans  
ad. p. crim.  
rei intercepte L.  
art. 29. Heg. ad §.  
§. 10. De  
mod. qui arbor  
fuges, & arbor  
supplicio mortis  
art. II. q. 83. n. 2  
per sens. v. 2. 44  
dicis constitit.  
§. 11. H  
pifces & aves  
Math. II. c. 3.  
r aquis liberis  
clusis aliquid  
confit. crim. D  
§. 12. Quan  
prehendatur.  
178.

TI  
D

R  
R  
1775. §. 2

Necessitas Tholosanus sunt l. 37. c. 7. n. 7. Restitutio rei furto ablata, intercessio personæ læsæ, cessans lucrum ex furto Thonnik. in adv. priv. crim. in defens. passim Administratio rei interceptæ l. tres tutores ff. de furt. & Dr. l. ii. art. 29. Heig. ad §. 6. f. b. t.

§. 10. De rebus quoque tenendum, quod, qui arbores furantur, olera, flores, fruges, & arborum fructus rarissime summo supplicio mortis afficiantur Carpz. pr. crim. part. II. q. 83. n. 24. seqq. vid. tamen Stryke de jur. sens. v. 2. 48. seq. sed pœna in arbitrio iudicis consistit.

§. 11. His accensebantur olim feræ, pisces & aves & Dr. II. art. 61. quod defendit, Matth. h. t. c. 3. n. 5. Hodie distinguitur, an ex aquis liberis, an vero è circumseptis & inclusis aliquid ablatum vid. Blumlach ad art. 159. constit. crim. De furibus ferarum vid. supr. p. 95. §. 12. Quamvis non lex universalis hic deprehendatur. De Saxonia vid. Dopl. p. 11. p. 238.

## TIT. VIII.

## De rapina.

## §. 1.

**R**apinæ five Robariæ definitionem dedimus p. 575. §. 2. 3. 4. Si in via publica hodie



die committitur, absque distinctione, sitne res magni an exigui pretii, sit raptor nobilis, an plebejus, capite plectitur, & rota imponitur. Clafen *ad art. 126. Const. crim. Edr. II. 13.* Neque distinguitur, an raptum an extortum Carpz. *II q. 90. n. 66.*

§. 2. Quod si quis non rapuerit, sed commutaverit cum viatore per violentiam etiam quandoque ad ultimum supplicium devenitur Carpz. *d. q. 90. n. 13.* Si autem spoliatum, vel gravissime vulneret vel occidat, rotæ contulio decernitur Carpz. *all. loc.*

§. 3. Complices, qui vel mandarunt, operam contulerunt, excubias egerunt, & re rapta lucrum ceperunt, eadem pœna plectuntur. Nisi meras excubias sine lucro inquisitus egerit. Carpz. *ibid.*

§. 4. Quod si alibi in domo, agro, sylva, via privata spoliū peractum, itidem pro modo adhibitæ violentiæ mortis pœna, locum sibi vindicat *arg. art. 126.* Neque respiciendum, quota vice rapina commissâ, quod Zierizio visum *vid. Hahn. ad Wesenbec. b. t. inf. Carpz. q. 91. per tot.*

§. 5. Quamvis vero mitigantia furtum § 9. t. *prec.* hic non attendantur. Respicitur tamen animus lucrandi, delicti imperfectio. Stephan. *ad. d. art. 126.* Imo & personæ spoliatae, quæ saluum conductum non habe-

rationem hab  
imperatam fuil  
Principem ad r  
dani tenet ex A  
vestio an vox D  
9.91. n. 46. ferat

De furtis

Utrum public  
reipublice su  
el publicarum  
nis, residui &  
nam crimen,

§. 2. Pec  
ulicez ab eo, q  
e commissum l  
in ablatione cri  
quo quis ministr  
omnes publicum  
sibi signat.

§. 3. Comm  
comparata l. sac  
p. 1. l. in pecc  
d. 5. q. 1. jud.

bat rationem habitam & pœnam ordinariam temperatam fuisse recordamur \*.

\* Principem ad restitutionem damni in via publica dati teneri ex R. I. 1559. recte inferitur. Sed nescio an vox Gleite restrictionem Carpzovii d. q. 91. n. 66. ferat.

TIT. IX.

*De furtis publicis peculatu residuo &c.*

§. 1.

**F**urtum publicum, quia & res sacræ hodie reipublicæ sunt, est vel rerum sacrarum vel publicarum in specie. Huc refer peculatus, residui & propter adfinitatem repetundarum crimen, illuc sacrilegium &c.

§. 2. Peculatus est furtum pecuniæ publicæ ab eo, qui ejus custodiam non habet commissum l. 9 §. 2. ff. b. t. Non autem sola ablatione crimen hoc patrat, sed & dum quis ministerium præbet v. l. un. C. b. t. dum æs publicum corrumpit, in officina monetaria sibi signat. d. l. i. v. §. l. 6. §. f. b.

§. 3. Committitur & interdum in pecunia privata l. sacrilegium §. eod. cap. ff. b. t. Post l. 4. f. b. in pecuniis civitatum Manz. ad ad §. 9. de publ. jud.



§. 4. Pœna peculatus nunc capitis, nunc deportationis est *l. un. C. b. t.* Quæ & ad auxiliares extenditur Wesenbec. *ad Schneidew. Inst. b. n. 4.* Hodie cum pœna furti laqueus, adeoque sat gravis sit, nec alia in crimine peculatus obtinebit Schilt. *Exerc. 49. §. 142.*

§. 5. Crimen residui est retentio pecuniæ publicæ ab eo facta, cujus fideicommissa erat, pœnam Juris Romani in foro germanico vix receptam & pro specie furti haberi notat Schilt. *d. l. §. 143.* in Saxonia certa summa definita *vid. Constit. 41. part. IV. Carpz. pr. crim. q. 85. n. 18.*

§. 6. Repetundarum peragitur reus, qui pecuniam accepit; quo magis aut minus suo officio fungeretur. Sive ante officium peractum sive postea accipiat non interest jure civili *arg. l. f. C. b. t.* Excipiebantur tamen xenia, præcipue data à personis cognatis *l. 6. §. 3. de off. proc. l. 7. §. 1. h.* Sub xeniis vero sola edulia intelliguntur. Matth. *b. t. c. 1. n. 9.* quæ peregre adveniens magistratus non facile parare poterat. Pœna civilis *l. 1. l. f. C. b.* hodie extra usum & obtinet sola arbitraria *vid. supr. de quas. del.*

§. 7. Si furtum ratione loci publicum, dum quis cadavera punitorum in rota vel patibulo spoliat, pœna est arbitraria Carpzov.

*p. IV.*

*p. IV. c. 24. def. 3.* quod & de eis dicendum qui cadaver plane è loco supplicii abstulerunt, & sepelierunt Carpz. *d. 5. d. l.* vel ad usum medicum adhibuerunt *ibid.*

§. 8. Sacrilegium est furtum rei sacræ vel religiosæ, in loco sacro vel religioso commissum. Locus & res conjunctim requiruntur, sed non res & locus, nam qui sciens rem sacram è loco privato aufert, etiam sacrilegii, reus est. Committitur porro violando leges divinas & in casibus *l. 2. C. de his qui ad sacr. ec. l. f. C. b.* Matth. *p. 580.* Sed praxi sub sacrilegio primum saltem crimen intelligimus.

§. 9. Poena sacrilegii proprie dicti erat, vel capitis, vel metalli, vel deportationis *l. 6. 9. 10. b.* Gravior est quæ extat *const. crim. art. 171. 172. & Edr. L. 11. art. 13.* præcipue, dum imperator sacrilegium latius capit ex mente juris Canonici *c. si quis contum. §. sacrilegium c. 17. 4. 4. vid. Phil. L. IV. eclog. 91.*

§. 10. Erat in fures cœmeteriorum, aratri & molendini jure antiquo germanico poena rotæ statuta *l. d. art. 13. Edr.* Sed hodie reliquis furtis duo posteriora delicta exæquata sunt.

§. 11. Quamvis ipsa constitutio criminalis in cœmeterio sacrilegium committi non obscure definiat *v. l. f. C. b.* tamen hodie ne-



quidem furti ordinariam pœnam decerni ostendit Carpz. *ad const.* 34. p. IV. d. 1. Expensis nihilominus circumstantiis quoties & qua ratione spoliatio facta. *idem d.l. d. 21. seq.*

TIT. X.

*De furtis singularibus rerum privatarum.*

§. 1.

**F**ures balnearii propter frequentiam & facilitatem criminis jure civili severius coercerentur, quam reliqui. Unde & capsariorum usus in *l. 3. §. f. de off. pref. vig.* Ast cum hodie sat atrox pœna furibus minetur, nec in balneo commissum furtum aliter coerceretur.

§. 2. Qui hereditatem expilabant extraordinarie jure civili puniebantur, pro furibus tamen haberi non poterant *l. f. ff. b. t.* Verum res hereditarias minus commode nullius dici jam p. 70. §. 8. annotavimus. Praecipue in successione ab intestato propter dicta §. 6 p. 203. §. 2. p. 360. amplius dici nequit, quod furtum non committatur expilando hereditatem. *vid. Schilt. exerc. 49. §. 47. seq.* Et ita limita assertum §. 8. p. 70. *in f.*

§. 3. Abigeatus crimen, quod confis-

stis

Tit. X. De fur  
in infidiosa ce  
pr. §. 2. de ab  
bactione, apud  
erbarur. Hodie  
haberi vult Carpz.  
pœnam vult Sch  
§. 4. Qui  
aufragi aufert h  
Quæ ideo non mi  
ortunio hominum  
arum flagitiosum  
agem Frederici I.  
§. 5. Saccu  
pecuniam ex ab  
ubrahunt, vel  
L. X. n. 27.  
ortum pœna  
fici est arbitrar  
n. n. 29.  
§. 6. His f  
as artibus in ce  
legunt. Item ea  
p animo effring  
f. Stryk. de fac

fit in insidiosa certi pecorum numeri de quo  
l. 3. pr. §. 2. de abig. è pascuis, vel armentis  
abactione, apud Romanos severissime coer-  
cebatur. Hodie furtum simplex hoc crimen  
haberi vult Carpz. q. 86. n. 37. Exasperari pos-  
se pœnam vult Schilt. d. l. §. 29.

§. 4. Qui occasione incendii, ruina,  
naufragii aufert hodie pœnam furti sustinet.  
Quæ ideo non mitiganda, quod quis ex in-  
fortunio hominum misericordia dignorum.  
Incrum flagitiosum quærere non erubescat.  
Legem Friderici I. recitat Schilt. d. l. §. 24.

§. 5. Saccularii sunt, qui præstigiis  
pecuniam ex alienis sacculis subducunt &  
subtrahunt, vel variis sacculis decipiunt *vid.*  
Cujac L. X. v. 27. Spectant huc crumenifecæ,  
Quorum pœna ob incertitudinem corporis  
delicti est arbitraria regulariter v. Carpz. p. II.  
q. 81. n. n. 29.

§. 6. His similes sunt directarii, qui  
malis artibus in cœnacula se furandi animo  
dirigunt. Item effractores, qui ædes mali-  
gno animo effringunt *vid.* Schilt. ad h. t. de  
effract. Stryk. de saccul. directar.



TIT. XI.

De plagio & raptu.

§. 1.

**A**blatio hominis liberi dolosa coercebatur initio lege Cornelia Aerodius *L. IX. R. I. c. 7. Matth. b.* Quod tamen non improbabili- ter negat Schilt. *b. r.* Sed lege Fabia pecu- niaria poena non tantum in eum, qui libe- rum hominem, sed & qui servum alienum dolo malo intercipit, celat, non qui consilium tan- tum dat, decernitur *vid. dissert. Thomas ad prel. Hub. Inst. inf. add. p. 439.* Succesit, desuetudi- ne legis Fabiae poena sublata, gravior & capi- talis poena ex sacris potissimum constitu- tionibus *vid. Balduin. ad f. de publ. jud. de poe- na moderna vid. Schilt. d. l. §. 149.*

§. 2. Plagium dicitur etiam, quod com- mittit, qui libros ab aliis scriptos sibi attri- buit *Jac. Thomas. de plag.* Cujus criminale judicium instituisse Philadelphum refert Bal- duin *de 2. p. 680. n. 70.* Sed longe aliter de ger- manis nostris censet Pufend. *de stat. germ. im- per. p. 9.* Est quoque quicquid hac ratione peccatur, magis stultitiae & ineptiae contra decorum atque prudentiam commissae, quam criminis species.

§. 3. Raptus est foeminae virginis, vel viduae

Tu. XI. D.  
 duz honestz vic  
 lam locum disse  
 im potestate est  
 §. 3. de publ. ju  
 §. 4. Sed n  
 a tamen vicissim  
 pta crimen erit  
 a. vel si muier  
 bidinis caussa: v  
 minore ad maj  
 §. 5. De ju  
 atur excusatio  
 pod matrimoni  
 im ante raptum  
 or hodie omnia  
 ruf. temp. pan. cas  
 h  
 De c  
 Timinis falsi a  
 Wynsing. ad  
 titatio Legis Co  
 zeni & nummi  
 consultis tamen  
 gisve pena falsi e  
 Ut nunc sub falsi

viduæ honestæ violenta libidinis causa in  
 alium locum dissentiente ipsa, velius, in quo-  
 rum potestate est facta abductio. *vid. Manz.*  
*ad §. 8. de publ. jud. n. 9.*

§. 4. Sed hoc fit regulariter, si fœmi-  
 na tamen vicissim marem rapiat, itidem pro  
 raptu crimen erit habendum *Matth. l. 48. t. 4.*  
*c. 2.* vel si mulier mulierem rapiat nefandæ  
 libidinis causa: vel mas marem argumento  
 à minore ad majus ducto.

§. 5. De jure civili nulla fere admitte-  
 batur excusatio, quod rapta consensisset,  
 quod matrimonium optaret, quod sponsa  
 jam ante raptum esset *Matth. d. l. quæni fal-*  
*lor hodie omnia attenduntur vid. Tiraq. de*  
*caus. temp. pen. caus. 56. Voet. ad J. §. 8. de publ.*  
*jud.*

## TIT. XII.

## De crimine falsi.

## §. I.

**C**Riminis falsi acceptio latissime patet,  
*Mynsing. ad §. 7. J. de publicis jud.* Nam  
 licet initio Legis Cornelix ad bina capita te-  
 stamenti & nummi reduci potuerit. Sena-  
 tus consultis tamen & constitutionibus magis  
 magisque poena falsi extendi cepit. *Matth. b. t.*  
*c. 1.* Ut nunc sub falso omnis dolosa veritatis



commutatio in fraudem tertii facta comprehendatur.

§. 2. Requisita hujus criminis liquent ex ipsa definitione. Falsarius enim non est, qui errore veritatem supprimit *l. nec exemplum C. b.* Inde dolus probandus Menoch. III. *consil. 221. n. 15.* Nec qui in genere dolum committit *l. 23. ff. b.* Nec qui nemini nocet *d. l. 33.* imo, ut alicujus momenti sit læsio exigit *Matth. d. l.*

§. 3. Divisio est in verum & quasi falsum, illud vocatur, quod lege continetur, hoc quod postea accessit. Vel ita: falsum committitur circa res, vel circa homines Huber. *præl. b.* Vel ut alii: committitur in persona, verbis, scriptis, rei abusu *vid. Bicc. aur. p. 575.* Dopler *p. 1. p. 178.* Sed dichotomia magis aridet.

§. 4. Committitur falsum in rei quantitate falsis ponderibus & mensuris utendo, cujus varias pœnas civiles & ecclesiasticas recenset Tholos. *l. 36. c. 1.* Relinquitur tota, coercitio arbitrio judicis *vid. art. 113. const. crim.* Mitius agitur cum eo qui tantum utitur falsato modio, quam qui plane confecit Wesenb. *ad b. 1. n. 6.*

§. 5. In qualitate infinitis modis fragmenta miscendo, corrumpendo, aromatibus varia addendo, corrupta exornando *vid. Carpz.*

Carpz. II. q. 53. n. 1.  
do, panem vendi  
do, vel quæ ad am  
re: adomando  
Clas.

§. 6. Extrane  
netz, vel pravar  
tendo. Falsz mo  
statis le obstringu  
C. Thod. Nec libe  
lein pondere & m  
Vel status imper  
Carpz. q. 42. n. 34.

§. 7. Pen  
det. Quæ tamen  
unus forte numm  
venderit, vel cu  
tonam culent,  
Carpz. l. 1. n. 6.  
ff. de pan. Si n  
l. n. 1. domus ut  
art. III. §. 5.  
ind imperium C  
gisa Goldast. in C  
Carpz. monet.

§. 8. Instru  
maque falsantur,  
us testamentis,  
protocollis, apoch

Carpz. II. q. 93. n. 8. Vinum aqua perfunden-  
do, panem vendibilem non debite præparan-  
do, vel quæ ad amictum spectant fraudulen-  
ter adornando vid. Dd. ad d. art. 113. inprim.  
*Clafen.*

§. 6. Extantior species est falsatio mo-  
netæ, vel pravam cudendo, vel bonam ra-  
dendo. Falsæ monetæ rei, crimine læsæ maje-  
statis se obstringunt *l. falsa monet. de fals. monet.*  
*C. Theod.* Nec liberat à crimine bonam cudis-  
se in pondere & materia *l. 1. 2. 3. C. de fals. monet.*  
Vel status imperii imaginem apposuisse.  
Carpz. q. 42. n. 34.

§. 7. Pœna est vivicomburium *l. 1. C.*  
*det.* Quæ tamen mitigatur, si nil expensum, si  
unus fortè nummus cusus, si quis saltim ex-  
penderit, vel cudentem non prohibuerit, si  
bonam cuserit, si minutissimam Pfenniget  
Dreyheller confecerit *arg. l. aut facta §. quanti-  
tas ff. de pœn.* Si monetam tinxerit Mynsing.  
*d. l. n. 1.* domus ubi cusa moneta fisco vindi-  
catur *art. III. P. S. O.* ibique *Clafen.* Plu-  
ra ad imperium Germanicum spectantia con-  
gesit Goldast. *in Cathol. rei monet.* vid. Bocer.  
*de jur. monet.*

§. 8. Instrumenta omnis generis mire  
quoque falsantur, quod vel tot querelæ de fal-  
satis testamentis, literis cambialibus, actis,  
protocollis, apochis, antapochis, diploma-  
tibus



tibus quoque publicis testantur. Modi sunt innumerabiles manum alicujus imitando, delendo, radendo *vid. DN. Stryck. de rarsura*. Alienas litteras intercipiendo & resigando *vid. Clafen. ad art. 112. d. l. Carpz. q. 93.*

§. 9. Ad crimen falsi circa personam commissum spectat crimen suppositi partus, in quod capitali pœna animadvertitur *l. cum suppositi C. ad L. Corn. de falsi*. Hodie relegationis cum fustigatione *Carpz. d. q. n. 30. arg. §. 2. 1. de publ. jud.*

§. 10. Pertinet huc si quis dissimulata propria persona alterius nomen, dignitatem, officium, genus &c. mentiatur, sive in sive extra contractum *v. l. 13. l. 15. b. 1.* Exemplum habet Papo *L. 22. collation. arrest.* Est & hujus loci si quis defectum, vel quoque artificium simulet ad decipiendos homines. Vel infantem non baptizatum esse, qui tamen jam baptizatus est. Omnia tandem facta, cum in fine variant extraordinarie pro ratione circumstantiarum coercentur.

## TIT. XIII.

## De Stellionatu.

## §. 1.

STellionatus crimen dicitur à stellione de qua *vid. Tholos. l. 39. c. 14.* definitur in *l. 2. quod*

Tit. XIII.  
quod sit dolus & v  
1. circa contractum  
heredem, cum quo  
in contractibus mand.  
litter accusatus. N  
Math. d. 1. Ver. b.

§. 2. Enim  
veriti, ubi dolus in  
tionatus, nam ob  
& dicta §. 5. ut pr  
Cornelia succellu  
ideo magna, vel  
implicita utilitas  
Confer monu. 11.  
enim qui v. c. bis  
cer & occulte  
atrum hoc crimen  
l. 1. 13. §. f. de bis  
Haber. b. Malt  
nitaria.

De termin

Stellionatem term  
tum leges & in  
sequuntur de Rom  
l. 1. Rom. 1. De Gra

quod sit dolus & vti recte explicat DN. Beyer. *b. t.* circa contractum, vel versus eum, ejusve heredem, cum quo contraxisti *v. l. fidejussor. §. in omnibus mand.* admissus gravior criminaliter accusatus. Nam huc collimant exempla *Matth. b. t. Voet. b. t.*

§. 2. Enimvero regula non potest in-verti, ubi dolus insignior in contractu ibi stellionatus, nam obstat *l. 21. ad L. Cornel. de fals. & dicta §. 5. tit. preced.* Minimum extensa lege Cornelia successu temporis ad plura falsa, non adeo magna, vel sane multis disputationibus implicita utilitas, stellionatus fuisse videtur. Confer *monit. tit. de divis. crim.* ut plurimum enim qui *v. c.* bis vendit veritatem etiam reticer & occultat, ut in casibus *L. Corneliae \* utrum hoc crimen infamet, non convenit inter l. 2. b. §. l. 13. §. f. de his qui not. infam. sed vid. Thomas. ad Huber. b. Matth. 48. 18. c. 2. n. 6. pena hodie est arbitraria.*

## TIT. XIV.

## De termino moto &amp; scopelismo.

## §. 1.

SANCTITATEM terminorum omnium fere gentium leges & in hunc usum efficii dii fatis loquuntur de Romanis *vid. Rosin. L. II. antiqu. Rom. c. 2. De Græcis, Plutarch de LL. L. VIII. de Ger-*



de Germanis *Udr. L. II. art. 28. Ius Alemanni c. 202. de Hebræis Deuter. 27. 17.*

§. 2. Committitur autem termini moti crimen, si quis vel plane terminos movet, vel obscurat tantum, antiquos *l. 23. b. præcipue expendendum, quantum damni inde ortum, an dolo malo factum, ad ampliandos fines, an ex ignorantia, an ad seminandas inter vicinos discordias adeoque ex petulantia vid. Otting. de jur. lim. L. II. 6. 9. Salycet. ad l. i. C. de accusat.*

§. 3. Quod si quis fines plane publicos dolo in præjudicium reipublicæ turbat, pœna capitis decerni aliquando poterit Zieriz. *ad art. 114. C. C. In reliquis pœna pro arbitrio prudentis judicis variat d. art. 114. in Saxonia parti læsæ in singula signa mota & turbata, triginta solidos adjudicari docet Coler. decis. 245. Carpz. q. crim. 83. n. 72. cum qua non conveniunt quæ habet def 10. c. 37. p. IV.*

§. 4. Scopelismi crimen communi consensu ex Arabia deducitur. Scilicet Arabes inimicorum agris lapides imposuisse, malo letho, qui istos agros culturus foret, periturum esse minatos dicunt. An vero ars magica adhibita, quod volunt. Zieriz. *ad consil. crim. p. 220. Theodoricus pr. crim. p. 385. an mera insidiæ, quod placet Voet. ad ff. de extraordin. crim. §. 5. non satis constat.*

§. 5. Quæ p  
ad penam capitis  
March. p. 13. Neq  
Hodie si coloni, ve  
bitor culturam præ  
gunt pro ratione  
carcerem conjectu  
gantur & na por

QVæ cura  
publica d  
refertur lex Iulia  
malis artibus eff  
or, pœnam pecu  
no statuit. Ex  
traord. decernit

§. 1. Dar  
renatur à præce  
relatione anno  
alterinæ, & fat  
extraord.  
accusatio L. Julia  
142. de O. L. D  
donaria. Magis  
riali correctione, h  
oriam. Nam

§ 5. Quæ pœna fuerit propter verba: ad pœnam capitis usque non convenit, *vid.* Matth. p. 183. Neque opus in crimine ignoto. Hodie si coloni, vel miles ex possessione debitor culturam prædii minando impedire fatagunt pro ratione circumstantiarum, vel in carcerem conjecti cavere jubentur, vel relegantur & ita porro.

## TIT. XV.

### *De annona & dardanariatu.*

#### §. 1.

Quæ cura fuerit Romanorum annonæ publicæ dictum *dissert. de dardan.* Huc refertur lex Iulia de annona, quæ in eos qui malis artibus effecerunt, ut annona fiat carior, pœnam pecuniariam l. 2. b. t. ad L. jul. annon. statuit. Extraordinaria gravior l. 6. de *extraord.* decernitur.

§. 2. Dardanariatus vero, quo scernatur à præcedente committi dicitur flagellatione annonæ privatæ vel etiam stateræ adulterinæ, & falsarum mensurarum vsû d. l. 6. de *extraord.*

\* *Accusatio L. Iulie annonæ erat ordinaria arg. l. 2. §. 2. de O. L. Dardanariatus autem extraordinaria. Magis tamen est, ut post extraordinarias coercitiones, legis Iulie rariorem usum fuisse credamus. Nam credibile non est legibus semper*

*per*



*per animadvertisse Romanos in fraudatores an-  
none civitatis & in sola privata pœnas exaspe-  
rasse. Unde merito suspectum videtur discrimen  
in §. 1. 2. b. ex communi opinione adductum. Sed  
quid his immorabimur, pœna hodie arbitraria.  
Falsa mensura & statera spectat ad crimen falsi-  
tit. preced.*

## TIT. XVI.

## De Injuriis.

## §. 1.

**I**njuria comprehendit omne factum, vel et-  
iam non factum, si ad faciendum obstri-  
ctus quis erat, ea intentione, vt alterius bo-  
na existimatio lædatur admissum. Inde spe-  
ctant huc omnia verba contumeliosa, sive de-  
fectus intellectus, sive voluntatis, sive cor-  
poris, sive status civilis exprobetur. Omnes  
injuriosi gestus, motus & actiones ignomi-  
niosæ. Unde & injuria in realem & verbalem  
dividi solet.

§. 2. Committitur injuria etiam litte-  
ris, vel integro edito tractatu, vel poemate,  
incriptione, epistola, fabula, anagrammate  
in alterius contumeliam scriptis & composi-  
tis. Dividunt autem injuriam scriptam in li-  
bellum famosum seu pasquillum & injuriam  
scriptam speciatim sic dictam, quæ inter se so-  
la subscriptione discernuntur *per text. in constit.*

*crim.*

*crim. art. 110.* Carpzov. *ii. 98. n. 24.* quem frustra in alium sensum torquent Stephan. Blumlach. *in not. ibid.* Neque obstat *R. I. de anno 1577. §. und sagen.* Pœnam enim non ex sola adjecta vel omissa subscriptione æstimandam esse ultro fatemur. Sed quæstio erat de delicti nomine atque definitione.

§. 3. Cum scripta injuria magnam affinitatem habet injuria picta. Exempla *vid.* apud DN. Thomaf. *de jur. circ. col.* Vel sculpta, fusa, aut quibuscunque technis fabricata *R. I. 1548. tit. von Schmähschriff.* §. Ferner und gemahlt/ geschnit/ gegossen / & dicta *R. I. de anno 1577. tit. von Buchdruckern.*

§. 4. Non tantum autem, qui immediate injuriosi facti autor existit convenitur, sed & qui ab aliis auditum ulterius disseminat. Carpz. *q. 79. n. 67.* vel repertas litteras, picturam &c. divulgat, aliisve tradit *l. un. C. de fam. libell.* Inde non sufficit auctorem solum nominasse. Uti nec injuriæ veritas excusationem præbet *d. art. 110.* Mitius autem cum his sine dubio agetur.

§. 5. Excusat tamen deficiens injuriandi animus, dum vel quis satyram scribere aggressus est, modo à specialibus circumstantiis & vivida nimium descriptione abstinere, vel ex nimia atque scurrili familiaritate parum honorifica edixit. Vel ex innata gar-  
rultate



rulitate confisum sibi secretum non custodivit. Vel animus corrigendi & emendandi in eo præsumatur. Quamvis & emendatio suos gradus secundum regulas prudentis amoris limitet.

§. 6. Aggravant injuriam status injuriantis quod vilis, indoles, quod dicax, status injuriati, quod sacerdos circumstantia loci, quod in templo, temporis in administratione Sacramentorum, modi, verberibus injuria illata. Quæ omnia facile judex peritus æstimabit.

§. 7. Agitur autem vel ad pœnam arbitrio judicis infligendam, quæ rarissimè fustigationem, etiamsi pasquillus scriptus excidit Carpz. p. IV. c. 44. d. 12. vel in injuria verbali palinodiam cuius horrendam formulam recitat *dissert. de homic. lingv. præf. Thomas. habit.* iniungitur quoque declaratio, vel christiana deprecatio, prout iniuria vel dubia, vel aperta, dissuadentur insuper à judice processus quoad ejus fieri potest.

§. 8. Tollitur injuria præscriptione, retorsione, modo limites non excedat retorqueus, & remissione etiam tacita, de qua multa inanes lites. *Conf. B. Struv. b. t. §. 64. Stryck. ad Brunnem. jur. eccles. c. de cena & bapt.* Vtrum injuria moribundo illata, ab heredibus vindicari possit dictum alibi.

## TIT. XVII.

## De prævaricatione.

## §. 1.

**P**Rævaricare vere & proprie dicitur accusator in iudicio criminali, qui cum reo, ut absolvatur colludit *l. 212. de V. S.* An reus possit transigere dictum jam alibi. In civilibus auctori causam impune prodere licet. Excipetamen casum quem habet Voet. *ad t. de jurisd. n. 40. & tit. de collus. deteg.* Ita & reus transigendo litem componere potest.

§. 2. Quibus injunctum, ut tumultus & vulnera indicent, si negligunt, puniuntur quidem, sed prævaricasse illos dici non nisi improprie potest. Voet. *tit. de prævar. n. 2.* imo ipse accusator, si saltim negligenter accusationi insistit, non prævaricare, sed tergiversari dicitur *l. 1. §. 1. ad S&L. Turpil.*

§. 3. Pœna est vel eadem, quæ reo imminabat, ut in iudiciis publicis, vel arbitraria, ut in extraordinariis. Hodie cessante vinculo inscriptionis ubique arbitraria erit. De advocatorum collusione *v. t. de advocat. C.* Ceterum cum accusationes hodie rationes ratiior quoque est tituli usus.



De perjurio & blasphemia.

§. 1.

**P**erjurium est crimen, quo juratus fidem datam fallit. Apud Romanos perjurii pœna diversa. Initio censores notabant perjurium. Postea Tiberii ævo plane nulla. Nec prius restaurata videtur, quam sub Imperatoribus Christianis. v. l. 41. C. de transact: Qui tamen speciatim per salutem principis jurabat, non impune ferebat perjurium l. 13. ff. de jurej. Adeoque bene se habet distinctio Cujacii qua l. 2. C. de jurej. explicat l. 11. o. 19. quam frustra ex l. 33. ff. de jurej. impugnandam sibi sumfit, Matth. p. 248. vid. Pufend. I. N. 5. c. de jurej.

§. 3. Pœna perjurii tamen non extenditur ad hæredem, quia ille non juravit. Nec metu adactus ad jurandum punitur. Petendam esse relaxationem à principe communiter suadent. De pœna perjurii juris Germanici est in art. 107. P. D. S. D. & 108. quam ultra casus expressos extendere nolunt Dd.

§. 3. Blasphemi capite puniuntur Nov. 77. Apud nos pœna extat art. 106. Sed hypothesis pontificia nixa, quod sanctam Deo æquet. Quod apud protestantes fieri non debet,

Tit. XVIII. D  
debet, licet crim  
maledicere vid. N  
perjurii pontifici  
alud docent à  
obfissione lingua  
declarat generalem  
tamen Carpz. 9

De cr

Magia vocem  
Magnificatio  
nam antiquitas  
postea res mai  
tutas insuper si  
esse potest: n  
humanae ultra  
tam invisibilium  
nio creditum, s  
postea credi cepte  
bina de his va  
finitior magiz co  
labo definitionem  
7. vii. sent. 1. 23. qu  
tuis, vel iureconfi  
jurus

§. 1. Jura vi

debet, licet crimen sit pœna dignum sanctis  
maledicere *vid.* Matth. p. 556. Sic & in aliis  
perjurii pontificii capitibus, ubi puriora sacra  
aliud docent à rigore pœnæ recessimus. De  
abscissione linguæ *v. Constit. Saxon. l. p. 4.* quæ  
declarat generalem locutionem *R. l. 1548. 1577.*  
*v. tamen Carpz. q. 48.*

TIT. XIX.

*De crimine magie.*

§. 1.

**M**Agia vocem non unam eandemque si-  
gnificationem habuisse satis constat,  
nam antiquitus divinum & bonum opus  
postea res mali exempli habita est. Ambi-  
guitas insuper liquet ex definitione, quæ ta-  
lis esse potest: magia est operatio volunta-  
tis humanæ ultra vires hominis, ope spiri-  
tuum invisibilium bonorum & malorum, uti  
initio creditum, vel potissimum horum, uti  
postea credi cœptum producta. Prout vero  
doctrina de his variavit, variavit quoque di-  
stinctor magiæ conceptus. Unde aliam sine  
dubio definitionem in mente habuit Paulus  
*l. V. rec. sent. t. 23.* quam ex auctoribus ponti-  
ficiis, vel Jureconsultis nostratibus nos colli-  
gimus.

§. 2. Jura *vid. l. 4. & l. 6. C. de malef. &*  
*Zz 2 matrem.*



matrem. *Constit. crim. art. 109.* distinguunt magiam in eam, quæ damnum dedit & quæ non dedit, idque non theoriæ ergo tantum, sed ut pœna inde temperetur, vel augeatur, prout aperte deciditur *dd. txx.* Rejicit hanc distinctionem Voet. *ad t. Ad L. Cornel. de Sicar. n. 15.* verum responsio, quam *ad L. C. 6. adfert*, ad textum constit. Carolinæ nulla ratione quadrat, itaque merito illam retinemus.

§. 3. Novam distinctionem adjecit interpretatio, nam de ea nil extat *dd. ll. quod sit vel cum pacto cum diabolo conjuncta, vel sine eo.* Item quod vel concubitus cum diabolo intercesserit, vel quod à nefario actu hoc abstinerit inquisita vel inquisitus *vid. Klein. special. diff.*

\* *De utraque dubitatum fuit à magnis viris, dum non videre potuerunt quanam diabolo ex pacto suo daretur actio vel que ratio differentie sit, quod jactata conversatio cum angelis pro imaginario phantasmate habeatur, non vera cum diabolo. vid. quos citat Carpz. p. 1. q. 48. Eichard. conf. III.*

§. 5. Judici ante omnia incumbit, ut hic in corpus delicti inquirat, neque soli confessioni indistincte fidat. Quomodo damnum datum indagare debeat *vid. Mauric. consil. Cbilenens. p. 1. c. 5. f. 76.* Hoc indagato tamen

ben cogitet, quæ  
esse causâ. Unde  
ritum, quod Car  
habet. Adde  
De ratura sagar  
q. 271. n. 6. de  
de sepe carum  
3. contr. Carpz.  
§. 6. Sic  
ham opinionem  
it, ita divinat  
ostentationem or  
rabant c. III. pri  
arioli, Sortilegi,  
jure nostro vid  
es divisiones h  
ntem Peucus  
mandis pœnis  
in §. 2. 3. Qua  
tia, geomantia  
parthiacum erig  
tur injuria, vel  
ca.

§. 7. Vene  
reano malo vel  
ere voluit, nam  
L. Cornel. de sicar.  
si homo perit, sed  
res, unde pecora n

men cogitet, quod unius rei plures possint esse causæ. Unde commendandum hic monitum, quod Carpz. p. 1. dec. 9. n. 2. de adulterio habet. Adde *tract. caut. criminal.*

\* De rasura sagarum inter torquendum vid. *Freud. q. 251. n. 6. de signo sagis impresso q. 26. ejusd. de sopore earundem in tortura. Oldekop. decad. 3. contr. Carpz. q. ult.*

§. 6. Sicuti vero magia ad conciliandam opinionem supernaturalis potentia tendit, ita divinatio ad supernaturalis scientia ostentationem ordinatur Becker *dans le monde. euchant c. III. princ.* Referuntur huc vates, arioli, sortilegi, aruspices, genethliaci, in jure nostro vid. *Matth. l. 48. t. v. c. 5. n. 2.* Plures divisiones habet Becker *d. c. 3.* præcipue autem Peucerus *integr. tr. de divinat.* In determinandis pœnis attenduntur distinctiones, uti in §. 2. 3. Quædam species v. c. chiromantia, geomantia, astrologia seu ars thema genethliacum erigendi impune feruntur, nisi cum injuria, vel læsione alterius exercentur.

§. 7. Veneficium est crimen, quo quis veneno malo vel nocuit viventibus, vel nocere voluit, nam & conatus punitur *l. 1. ad L. Cornel. de sicar.* Sicuti quoque non solum si homo perit, sed quoque si pascua, si fontes, unde pecora nutriuntur venenati severe



animadverti solet. *vid. Berlich. concl. pract. p. IV. concl. 26. Stephani ad constit. crim. art. 130.*

§. 8. Poena jure civili erat capitis amputatio §. *item lex Cornel. J. de publ. jud.* Magis eam exasperavit & diversum prout vel masculus, vel femella venenum adhibuit, statuit *dist. art. 130.* ignem hic decrevit *Dr. II. 23. vid. Carpz. p. 1. q. 20. n. 19.* Est enim atrocius crimen *l. 1. C. de malefic. & mathem.*

§. 9. De conatu distingui solet an ad actum proximum deventum, an vero minus, priore casu poenam ordinariam posteriore extraordinariam infligendam esse volunt. Voet. *ad L. Corn. de sic. §. 14. Matth. 485. s. 3. Leeuw, L. V. c. 15. n. 2.* Sed mitior est Menoch. *A. I. C. cent. 4. c. 359.* Engelbrecht. *de malefic. rept. §. 42. f.*

§. 10. Ante omnia autem demonstrandum est corpus delicti, quod fit collectis indicibus de quibus *art. 37.* Præcipue si homo occisus sectio cadaveris adhibenda. Multa signa congescit Hornigk. *de post. jur. c. 21.*

## TIT. XX.

De delictis carnis seu *L. Jul. de adult.*& *stupr.*

§. 1.

**I**nterpellationes de stupro vel matrimonio ad ex-

Th. XX.  
ad extraordinari  
de extraord. Hon  
si callida seduct  
tate circumstan  
portatione l. 1. §.  
puero flagitium  
sodomiz, sin con  
tionem violenti  
§. 2. Ci  
tur, vel ejus co  
solicitando, qu  
Romanos non  
attentione co  
coercebatur d.  
temp. p. m. c. 37. §.  
habebit.

§. 3. St  
nere illicita vid  
dehoratione se  
ta, unde excl  
l. 25. C. d. t. p  
paris bonorum,  
§. 7. de publ ju  
sine distinctione  
l. 20. C. h. t.

§. 4. Hod  
gravatur tamen,  
concurrunt v. c. 1  
commis, si men

ad extraordinaria crimina referuntur *l. 1. §. 2. de extraord.* Honestæ puellæ vel pueri honesti callida seductio ad stuprum pro diversitate circumstantiarum capite luebatur vel deportatione *l. 1. §. f. ff. de extraord.* Quia si cum puero flagitium peractum incidit in crimen sodomiæ, sin cum puellula, inducit præsumptionem violentiæ *C. J. A. d. t. §. 4.*

§. 2. Circa nuptam bifariam peccatur, vel ejus concubitum, vel plane nuptias sollicitando, quod ultimum ob divortia apud Romanos non infrequens. Utrumque in attentione consistit hinc extra ordinem, coerceretur *d. l. 1. pr. vid. Tiraquell. de caus. temp. pæn. c. 37. 38. 39.* quod nec hodie aliter se habebit.

§. 3. Stuprum vel late sumitur provenire illicita *vid. l. 34. ad L. Jul.* vel stricte pro defloratione seu corruptione fœminæ honestæ, unde excluduntur meretrices, ancillæ *l. 22. l. 25. C. d. t.* pœna erat publicatio dimidiæ partis bonorum, vel extraordinaria coercitio *§. 4. J. de publ. jud. & infamia l. 7. de publ. jud.* sine distinctione stupratoris & stupratæ *arg. l. 16. §. 20. C. b. t.*

§. 4. Hodie est mere arbitraria, aggravatur tamen, si circumstantiæ peculiare concurrunt *v. c. si fœmina custodiæ nostræ commissa, si mente capta vid. Carpz. q. 69.*



fi judæa l. 6. C. de judæ. Si virgo nobilis &c. vid. Voet. ad ff. h. t. §. 2.

§. 5. Speciatim violenti stupri pœna hodie gladius est, si fœmina honesta art. 119. const. crim. vid. tamen Carpz 75. n. 52. Violentia probatur vel per vulnera illata testificationem de clamore audito, natura loci, vita antea acta stupratae stupratorisve. Sicuti & per contraria indicia violentiæ præsumtio inducitur. Non tamen multum tribuerem præsumptioni quam magni facit Carpz. juris. pr. confist. II. 238. f. cum pudoris religione denunciatio omitti queat.

§. 6. Insuper stupratam ducere vel dotare tenetur & alimenta infanti præbere, stuprator. Modo damnum non sua culpa senserit. An & vidua dotanda? Non videtur, tum quia deflorata revera dici nequit, tum quia lascivia ipsius improbior. Ceterum de dote & alimentis cognoscit iudex. Matris transactio tamen non præjudicat infanti.

§. 7. Concubitus cum meretrice, vel dissolutissimæ vitæ fœmina dicitur fornicatio, pœna jure civili statuta in hanc nulla est l. 13. §. sed & in ff. h. t. Aurum iustrale tamen solvendum erat fœminæ vid. Cujac. ad tit. C. de navic. insuperque infamis erat. Hodie pœna est arbitraria. Carpz. p. II. q. 70.

§ 8. Ad.

§. 8. Ad.

sola alieni thori

unde excludunt

C. h. ad L. Jul. de

§. divi. ff. d. t. pœ

ad L. Jul. c. 2. qua

§. C. h. t. & Just

tamen non hon

Recher in orat. d.

§. 9. Ho

de finitur violati

us cum soluta

acim thorum vi

14. c. 4. pœna at

art. 120. se ad le

apud Saxones

re Carpz. q. 53.

no. Richt. d. 8.

§. 10. To

int. c. c. interces

no de feminis in

rogis vid. Stru

in pœna ordi

omisque partis o

me [Cros, vid. M

Carpz. q. 60. & pro

no c. 10.

in hinc licet occi

pu in pœ. noviss. L.

§. 8. Adulterium rursus jure civili est sola alieni thori violatio *l. 6. b. t. l. 101. de V. S.* unde excluduntur virgines, viduæ, *arg. l. 18. C. b. ad L. Jul. de adult.* Non tamen sponsa *l. 13. §. divi. ff. d. t.* pœna erat relegatio *vid. Brisson. ad L. Jul. c. 2.* quam mutavit Constantinus *l. 30. C. b. t.* & Justinianus *Nov. 134. c. 10.* de qua tamen non honorifice sentiunt DN. Pagenstecher *in orat. de us. jur. can. Matth. 48. 23.*

§. 9. Hodie ex mente juris Canonici d. finitur violatio fidei conjugalis, siue maritus cum soluta rem habeat, siue uxor speciatim thorum violet *v. c. 15. q. 5. c. 32. c. 4. q. 34. c. 4.* pœna autem mire variat Carolus, *in art. 120.* se ad legislationem civilem refert. Apud Saxones statuta est pœna capitalis. *vid. late Carpz. q. 53.* fœminæ solutæ dicatur fustigatio. *Richt. d. 88. n. 42.*

§. 10. Tot tamen mitigantia inventa sunt *v. c.* intercessio conjugis, rædiosa disputatio de feminis immisione, de impotentia conjugis *vid. Struv. exerc. 48. §. 33.* ut sæpissime pœna ordinaria declinetur. An opus utriusque partis confessione, non convenit inter Jctos. *vid. Modest. Pistor. p. 2. q. 52. Carpz. q. 60.* & pro negativa Theodoric. *pr. crim. c. 10.*

\* *An hodie licet occidere adulteram vid. Gudelinus de jur. noviss. L. V. c. 18.*





§. 20. *vid. l. 5. de Quasi. & Nov. 134. c. 10. ubi confiscatio bonorum & deportatio dictantur vid. Rittersh. p. IV. c. 7. 1. 22. ad Nov.*

§. 14. Hodie distinguitur, an in linea recta, an inter fratres & sorores, an in reliqua cognatione committatur. Primo casu pœnam capitalem, secundo fustigationis, tertio arbitrariam injungendam esse vult Carpz. §. 72. & 73. In affinitate nunquam ultra fustigationem acerbior pœna decernitur.

\* *Vides doctrinam cum papiniani dictis coincidere. Nam adulterii & stupri & matrimonii habebitur ratio. Satis mutata sunt vocabula, & pœna distinctior expressa.*

§. 15. Sodomiz crimen enormissimum est, cum bestiis vel aliis creaturis committitur. Eruitur sæpius ex circumstantiis & conjecturis *vid. perspicuum exemplum apud Schilt. in addit. ad l. 48. ff. p. 312. seqq.* Pœna est vivicomburium cum bestia, quæ tamen gratia superioris in aliud genus non raro mutatur *vid. inprim. Brunnem. jus eccles. l. 1. c. 6. m. 1. §. 24.*

§. 16. Meliores vix sunt pœdicones, pathici, cinædi, quibus omnibus ultimum supplicium juste irrogari vult Matth. p. 419. Sed Romani in talibus casibus contenti erant infamiz pœna *l. 1. §. 1. remonet ff. de postul. Quo-*  
mode



modo novella Justiniani pœnam immutave-  
runt *vid. Rittershus. ad Nov. p. 12. c. 9. Hodierni*  
*Dd. ad §. 4. 7. de publ. jud. & ad art. 116. constit.*  
*crim. Tholosan. l. 36. c. 10. & 14. Gomez. ad l. 80.*  
*cauri. n. 34. ubi speciatim de tribadum pœna.*  
\* *Sæpius melius est talia dissimulare, quam cum*  
*ut plurimum in solitudine committantur, cum*  
*scandalo inquirere.*

§. 17. Lenocinium committitur ab iis,  
qui meretrices alunt, & sui quæstus causa  
prostituunt. Quod crimen apud Romanos  
impune erat *vid. Cujac. ad Nov. 14.* Modo non  
loco meretricum honesta prostituatur. Sed  
purgavit rempublicam à lenonibus Justin.  
*dist. Novell.* propter nimia scelera & fraudes  
lenonum, injuncta pœna exilii *vid. Ritters-*  
*hus. ad Nov. p. 682.*

§. 18. Sanctio Carolina *art. 122.* circa  
lenocinium, quod maritus lucris causa, vel  
parentes ex eadem ratione committunt, pœ-  
nam juris communis confirmat. Article  
autem 123. pœnam fustigationis, relegationis  
in reliquos lenones constituit. Unde prio-  
rem articulum 122. de pœna capitali accipiunt  
*Dd.* Idque non male, quia circumstantiæ  
ostendunt, graviolem maritis & parentibus  
Carolus imponere voluisse.

\* *Si textus art. 122. ex Nov. explicandus foret, se-*  
*querer ego opinionem Rittershusii d. l. quod pœ-*  
*na non*

Tit. XX.  
na non sit capi-  
tus eo tunc pro-  
pretatio ut in  
Mart. p. 384.  
tis supplicio exp-  
tor confit. crim.

§. 19. Li-  
transfigere de ad-  
illate injuriz pre-  
habendus non  
Saxonia lenocin-  
conjunctas rele-  
quoque non est  
vos natos reddidit  
falsis exculpation

T  
De homicidio

Homicidium  
No patrata. I-  
ta verorum delict-  
em non est cavilla-  
tiosissimas & per-  
mo lectio præmedi-  
vel quoque ex omni

*na non sit capitalis. sed licet Imperator Carolus eo tacite provocet, tamen sequenda est interpretatio ut in §. h. nostro 13. Accedit, quod Matth. p. 386, ipsam novellam de ultimo mortis supplicio explicet, quam forte & compilator constit. crim. in mente habuit.*

§. 19. Licet vero marito non liceat transigere de adulterio, si tamen miserum illatae injuriae pretium accepit, pro lenone habendus non est Matth. d. l. in f. In Saxonia lenocinia inter personas non conjunctas relegatione puniuntur. Leno quoque non est pater, qui indulgentia lascivos natos reddit. *vid. Carpz. q. 71. Ubi & de falsis excusationibus.*

## TIT. XXI.

*De homicidio, parricidio, assassinio &c.*

## §. 1.

**H**omicidium est occisio hominis dolo malo patrata. Dolas requiritur hic ex natura verorum delictorum. Verbum doli autem non est cavillandum, ut quis, vel artificiosissimas & per diuturnum tempus animo sedato praemeditatas insidias intelligat, vel quoque ex omni nocendi saltim conatu, sine



sive in rixa subitanea & sine instrumento mortifero, sive alibi prorumpente dolum exculpat. Probe distinguit Marcian. in l. 1. §. b. t. quem periphrasi eleganti dilucidat. Huber. *pral. b. §. 5. & 6.*

§. 2. Excipiuntur hinc, qui sensibilissime irritati percusserunt, vel defensionis modum non observarunt, sive, quod ipse causam dederint verbis, vel quod aliter aggressorem à se amoliri potuerint, vel quod periculo cessante durante affectu occiderint &c. *vid. Huber. d. l. de quibus omnibus cognoscit judex.*

§. 3. Viso à iudice dolo, examinandus quoque est effectus, quod fit per inspectionem vulneris, ut constituatur corpus delicti. Sed quibus technis hic utantur quidam irreligiosi defensores, notabili casu ostendit Reysser *pr. crim. p. 149. & multis seqq.*

§. 4. Pœna homicidii ante L. Corneliam disci potest ex Sigonio *de judic. l. 11. c. 31.* Hac lege in insulam homicida deportatur, quod pottea qua viliores *v. l. 7. §. 5. ad L. Corn. de sic. & sub Imperatoribus, quoad omnes mutatum l. 3. C. de Episcop. audient. ut capite puniti fuerint, licet plures unum percusserint vid. l. item Mela. §. sed si plures ad L. Aquil.*

Parti  
§. 5. Ap  
certa pecorum  
Francorum reg  
Schilt. 29. §. 11  
ores vid. Carpo  
Utroque autem  
pena mortis con  
faciat vocabular  
vit Priezen in con  
§. 6. An  
suis aggrandi,  
sione gen. IX. r. 5.  
de obligatione fu  
certa pena dete  
7. N. L. VIII. c. 3  
aggrat. princ. et a  
defens.  
§. 7. Par  
iniquioribus te  
Lege Cornelia ca  
rals Cicero, non  
dicimus, sed ant  
Sis reges, uti  
suo visum l. 9. b  
l. §. 4. 7. de jud.  
legatum non de  
p. vid. Sigon. L.

§. 5. Apud Germanos sub gentilismo certa pecorum mulcta luebatur, quod nec Francorum reges Christiani mutarunt *vid. Schilt. 49. §. 114. seqq.* Nec Saxonici Imperatores *vid. Carpzov. ad L. Reg. c. 2. sect. 4. 5. 6.* Utroque autem speculo *Edr. II. 13. Suev. c. 182.* pœna mortis constituta, quamvis scrupulum faciat vocabulum *Mörder* / quem non resolvit *Priezen in compend. Jur. Sax. p. 220.*

§. 6. An in homicidio locum habeat jus aggratiandi, communiter negatur occasione *gen. IX. v. 5.* Quod tamen alii capiunt de obligatione fugiendi homicidium, non certæ pœnæ determinatione *vid. Pufend. de J. N. L. VIII. c. 3. n. 26. DN. Thomaf. de jure aggrat. princ. evangel. in homicid. D. Loeber in f. defens.*

§. 7. Parricidii non extat lex pœnalis antiquioribus temporibus.

\* *Lege Cornelia tamen pœna culei introducta, ut vult Cicero, non Cornelii Sylla, qua de jam diximus, sed antiquiore, vel lege statim post ejusmodi reges, uti alii, vel moribus, quod Modestino visum l. 9. h. Plane Legi Pompejæ adscribit §. 4. J. de jud. quod de confirmatione intellegendum non de introductione l. 1. ad L. Pompej. vid. Sigon. L. 2. de jud. c. 31.*



§. 8. Parricidæ autem dicuntur, qui occidunt patrem, aut matrem, aut filium, aut affinem, qui nomine parentis continentur §. 6. 7. *de publ. jud. vid.* plures personas *l. 1. d. t.* Sub patre etiam vitricus & adoptivus intelliguntur *arg. l. 3. b.* Ad conjuges quoque concinne extenditur eadem parricidii pœna, quod factum in Saxonia *p. 4. c. 3.* Non autem ad fratres, licet & fratricidii durior pœna fanciatur *in ord. crim. art. 137.*

§. 9. Pœna definitur *l. 9.* ut culeo cum gallo gallinaceo, vipera & simia infusus parricida in mare, vel profluentem projiciatur, sanguineis antea cæsus virgis. Singula vocabula explicat Matth. *b. vid. de culeo Balduin. ad §. 4. 7. de publ. jud.* Hodie rotæ contusio frequentior. De conatu *vid. Schilt. §. 128. seqq. & Engelbrecht d. dissert. de malef. cept.*

§. 10. Assassinium est homicidium ex locato conducto commissum. Locator punitur crurifragio, conductor plectitur capite & cadaver rotæ imponitur Damhoud. *pr. cr. c. 83. f.*

§. 11. Latrocinium est itidem homicidium lucri causa commissum & eadem ratione punitur. Solet tamen delinquens candelentibus forcipibus urî, horrendum casum refert Keyser *pr. crim. 86. 87.*

TIT.

De exposi

Exigua cura Romanos autem exponere placuit. *l. 5. c. 9. n. 1.* stabantur exponere. *l. 1. c. 1. n. 1.* Nisi ubi educatori a *ad d. l. c. p. 1375.*

§. 2. Aliæ licenda sunt, liberorum studii Tacit. *de M. & omnia pessima Romanos irritame*

§. 3. Hodie puniuntur. Licet e arbitrarie coercere, subijci pœnis. *Coler. decis. existim* *proprio deficiente* *Surd. de alim. 111. 1.*

§. 4. Abortiva, quod comm

TIT. XXII.

*De expositione infantis, abortu & infanticidio.*

§. 1.

**E**Xigua cura infantum habita fuit apud Romanos antiquitus adeo, ut recens natum exponere pietatem interpretarentur Laetant. *l. 5. c. 9. n. 15.* jure patriæ potestatis multabantur exponentes ab Imp. *in l. 2. C. de expos. infant.* Nisi ex summa egestate fieret, ubi educatori alimenta restituenda Cujac, *ad d. l. C. p. 1375.*

§. 2. Alia autem de Germanis nostris dicenda sunt, quorum conjugia suavissima & liberorum studium non satis laudare potest Tacit. *de M. G.* Neque inordinatæ veneris & omnia pessundantis luxus tot, quot penes Romanos irritamenta.

§. 3. Hodie hoc crimen extraordinem punitur. Licet eum, qui in publico exponit arbitrarie coerceri, qui vero in solitudine, subjici pœvis legis Pompejæ. Schult. *ad Coler. decis.* existimet. Alimentatio brephotrophio deficiente magistratui incumbit *vid. Surd. de alim. tit. 1. q. 81.*

§. 4. Abortum jam alibi definiti crimen, quod committitur aliquid moliendo,



quo partus abigatur, pœna hodie vel capitibus, vel arbitraria est, prout partus vel non animatus, vel animatus fuit. *Ordin. crim. art. 133.* Quo vero disputationes de vitalitate evitarentur certus dierum numerus statutus est,

§. 5. Corpus delicti est hic sedulo inquirendum, an embryo præter naturam, vel vi externa, vel medicamine malo ejectus. Præcipue eo casu, quo, quod interdum accidit, ipsa fœmina poculum abortivis sibi propinatum esse queritur.

§. 6. Infanticidium impune commitebatur olim Romæ Lactant. *d. l.* A Valentiano autem *in l. 8. C. de L. Cornel. de scar.* pœna mortis decreta est, *vid. omnino Jacob. Gothofred. ad l. 1. eod. C. Theod.* Hodie examinatur an partus fuerit maturus, annon fuerit. *Const. crim. art. 131.* redditur Gliedmâßig. Priore casu pœna est submersio, posteriore gladius Carpz, *q. 11. per tot.*

§. 7. Sunt hujus cum præcedente delicto communia indicia ratione gestationis uteri & quod adfuerit partus, vel quoque particularia, quod partus venenosa potione enecatus, vel vivus in mundum proditus violenter occisus. Neque vero, quæ in *Const. crim. art. 35.* extant omni limitationi exempta sunt. Unica circumstantia variat maxime regulas de præ-

de præsumptionibus  
vel è latebris p  
Kosler p. 300.

De crimin

Sub majestate  
Publica potestas  
omnia regalia ad  
rem ordinata. H  
majestatis admitt  
uno modo fiat,  
quentes constitu  
infet Jacob C  
id. Voet. b. 1. §.  
in trahi, ait Ba  
quo gravius ho  
noctior, eo maj  
mendum. No  
in l. 7. h. t. Hinc  
sepius fere pud  
culatorum licen  
tum ad §. publica a  
q.

§. 2. Comm  
quod hic argute  
electus res per

de presumptionibus. Modum caute effodiendi, vel è latebris protrahendi infantes inculcat Keyser p. 300.

TIT. XXIII.

De crimine læsæ majestatis.

§. i.

Sub majestate intelligitur summa in republica potestas complectens ambitu suo omnia regalia ad internam & externam pacem ordinata. Haec qui violat, crimen læsæ majestatis admittere dicitur. Cumque id non uno modo fiat, pœna itidem varia in delinquentes constituta est. Quatuor genera referret Jacob Gothofred, *ad l. quisquis C. h. r. vid. Voet. b. r. §. 2.* Sed nihil non ad hoc crimen trahi, ait Balduin. *ad l. §. 4. de publ. jud.* Quo gravius hoc crimen & quo pœna ejus atrocior, eo majore cura & solitudine inquirendum. Notum est monitum Modestini *in l. 7. h. r.* Hinc non ita paucos Imperatores ejus ferè puduit, nam effrenis plane erat accusatorum licentia. Exempla habet Balduin *ad §. publica autem l. de publ. judic. n. 2. 3. 4. sequ.*

§. 2. Committitur in status Imperii, quicquid hic arguet Matth. p. 275. *sequ.* De Electoribus res per A. B. clara, sed quis ne-



scit principibus in suis territoriis eadem jura majestatica competere. Neque horum respectu opus ex natura & dignitate consiliariorum imperii argumentari velle, quia hoc quicquid est multa suavia somnia de structura reipublicæ nostræ supponit.

§. 3. Committitur à subditis reverentibus. Unde advena tanquam hostis quidem occidi potest, sed non tanquam is, qui commisit in majestatem. Vasallus felonix, confederatus sædfragii reus est. *vid. Wissenb. ad ff. b. t. n. 3. Besold. delibat. jur. ad ff. b. t. q. 10.* Hinc cavendum ne per injuriam vetustæ reliquæ & umbræ alicubi nobis imponant.

§. 4. Eminentior ejus species est crimen perduellionis, per quod delinquens ipsam summam reipublicæ labefactare & confundare nefando ausu præsumit, dum vel cum hoste ad perniciem publicam conspirat, vel homines ad seditionem contra summum Imperantem incitat, iis qui publico decreto regno exesse jussi sunt reducendis studet sacram principis personam aggreditur, & si quæ sunt similia alia *vid. Voet. b. t. §. 3.*

§. 5. Quod reliquum suscipitur maligni crimen læsæ majestatis in specie vocatur. Quorsum & maledictiones in principem directæ referuntur. *l. un. C. si quis Imp. maled.*

Tit. XXVII. De  
mala. Cujus qu  
differentiam ex F

7. 21.

§. 6. Mu  
enarratur, sed q  
cipis tyrannorum  
ibus communia  
examinat DN. Be  
reus delictis acc  
magis, quam in  
adeo non turbat  
quiruntur, nece  
ficias.

§. 7. El  
quod pena no  
advertat, sect  
ur & satis qui  
atem cum filia  
materna hæredi  
devolvenda era  
cios Gomez. v  
Sub liberis non  
Item d. l.

§. 8. A f  
siente lege per  
netas, Accedit,  
topere vindicta  
Nobiles autem  
linquunt interce

*maled.* Cujus quadruplicem à præcedente differentiam ex Hotomanno adfert Matth. p. 281.

§. 6. Multa singularia in hoc judicio enarrantur, sed quorum pleraque vel à mancipiis tyrannorum excogitata, vel aliis criminibus communia sunt. Septendecim horum examinat DN. Beyer *ad ff. b. t.* Pœnam hic cæteris delictis acerbiolem & inquisitionem magis, quam in delicta, quæ rempublicam adeo non turbant, vel vix sine dedecore inquiruntur, necessariam esse nemo ibit inficias.

§. 7. Est tamen & illud peculiare, quod pœna non in solos delinquentes animadvertat, sed iad hæredes quoque extendatur & satis quidem severe *l. 5. C. b. t.* Mitius autem cum filiabus actum *d. l. §. 3.* Quæ ex materna hæreditate vel à cognatis ad liberos devolvenda erant, manent penes hæredes alios Gomez. *var. resolut. tom. III. o. 2. n. 14.* Sub liberis non comprehenduntur nepotes. Idem *d. l.*

§. 8. A filio crimines commisso, deficiente lege pœnam in parentes derivare nefas, Accedit, quod à parentibus non tantopere vindicta metuenda, uti à liberis. Notabiles autem & ii, qui sine venia pro delinquente intercesserunt, esse jubentur *d. l.*



742 Tit. XXIII. De crimine lesa majestatis.

§. §. denique C. h. t. de conatu & scientia vid. supra. t. V.

§. 9. Sintne hæ pœnæ hodiernum usum, non convenit inter Dd. Manzius ad cœlestis regis Adamum cum posteritate punientis exemplum provocat ad §. 3. J. de publ. Jud. Sed alia videntur Senecæ L. II. c. 34. de ira. De moribus Gallorum vid. Perez. ad C. h. t. in fin. In Germania A. B. l. 5. C. d. t. repetitæ & confirmatæ sunt. Pœnam plane exasperat art. 124. const. crim. De Belgio fecus pronunciat Matth. p. 346. n. 6. Sicuti & abrogationem severitatis in liberos de eadem provincia testatur Grœnevveg. ad d. l. 5. C. d. l.

## TIT. XXIV.

### De vi publica & privata.

§. I.

DE vi varias tulerunt Romani Leges vid. Sigon. de judic. L. 2. c. f. Quæ vis sub lege Julia de vi publica comprehensa fuerit, magis per collectionem casuum in b. t. quam ex definitione aliqua generali disci potest. Qua ratione etiam argumentum hoc persequitur Sigonius d. l.

§. 2. Pro singulorum graduum atrocitate singulæ nominatæ pœnæ in vim publicam constituuntur vid. Schilt. ad ff. h. in ser-

vos

Tit. XVII. De

res plane capitibus  
§. C. 6. Qui ad  
nem coercentur  
na est arbitraria  
missi Grœnevveg  
que enim Roman  
tibus publicis or  
na dissent. Schilt.

§. 3. Vim  
difficile visum fu  
ad objectum, ni  
morum discrim  
nos esse jubent  
40. n. 7. Grœne  
for. L. V. l. 22.  
pœnam & hic d

§. 4. Cri  
atur hodie si re  
banno vid. C. II  
tur ad hoc crime  
ne resisti non po  
tama atque coad  
d. l. 1. c. 7.

§. 5. Inter  
natur, ut si viol  
bula suspensa ind  
nus amputatio  
cogn. ad d. 3. n. 45.  
privatam gravio

vos plane capitis pœna decernebatur l. 6. § 8. C. b. Qui ædes impugnarunt extra ordinem coercentur l. 1. §. f. de effract. Hodie pœna est arbitraria pro qualitate criminis commissi Grœnevveg. ad §. 8. 7. de publ. judic. Neque enim Romanorum doctrinæ de criminibus publicis ordinariis adstricta est Germania dissent. Schilt. b. t. §. 108. in f.

§. 3. Vim privatam à pirore secernere difficile visum fuit interpretibus, tum nunc ad objectum, nunc ad effectum, nunc ad armorum discrimen confugerunt. Sed securos esse jubent Voet. vad ff. b. t. Carpzov. q. 40. n. 7. Grœnevveg. d. l. Leenvven conf. for. L. V. c. 22. qui arbitrariam, uti prioris, pœnam & hic defendunt.

§. 4. Crimen fractæ pacis publicæ punitur hodie si reus præsens | capite si absens banno vid. C. III. 11. Gail. de PP. Requiritur ad hoc crimen vis, cui ordinaria defensione resisti non potest, dolus malus & dein arma atque coadunatio hominum vid. Gail. d. l. L. 1. c. 7.

§. 5. Interdum & crimen ex loco æstimatur, ut si violetur pax Burgenfis quæ tabula suspensa indicatur, pœna solet esse manus amputatio v. Killing. tract. de Ganerbis. castr. decad. 3. n. 45. Est & violatorum ædium privatarum gravior pœna, ut alicubi prorsus



occidi impune possint *vid.* Huber. *ad ff. t. t. de vi publ. & de vi privat. vid.* Carpz. q. 35. n. 29.

TIT. XXV.

*De diffidatione & concussione.*

§. 1.

**D**iffidatio est crimen, quo quis dolo malo, integram universitati, adhibito signo externo *v. c.* literis, scopis, ruinam minitatur. Stephani *ad art. 128. constit. crim. Carpz. P. I. q. 37. n. 19. 20.*

§. 2. Pœna hujus criminis est decolatio, quæ & eum manet, qui litteras diffidatorias ad alium pertulit. Carpz. *d. l. n. 40.* Nec non, qui sub iisdem minis communitati aliquid extorquere voluit. Scriptor autem extraordinarie punitur, ni alia opera concurrerit, *idem d. l.*

§. 3. Concussio est cum quis terrore potestatis suæ abutitur ad extorquendam pecuniam *l. 1. 2. b.* Si pecunia extorta scilicet cum minis, ut hic & nunc exhibeatur. Nam si quis callide & fraudulenter eandem elicit in officio constitutus spectat ad crimen repetundarum. Idem est concussionis crimen, si apparitor, & procurator fisci, mentientes mandatum superioris violenter pecuniæ summa emungant ignarum *vid.* Farinac.

q. 41.

q. 11. n. 39. 40. Per circumstantiarum latuato quid detern

TIT

De

Incendiaris, q. Amovit, vel ad curitur. l. 28. §. criminal. art. 125. fuerit videndum pœna congrua fit 38. per tot.

§. 2. Juris in re incendium l. 28. de pun. quod, vel deportatio. l. 6. O. 88. Quod, licet magis nunciandum videatur.

§. 3. Quo accenderit, gravis dicitur. l. 28. Si factum, ejus gravitas, l. penult. ff. de incendiis. l. 1. in pœna exalt.

q. 141. n. 39. seq. Pœna in his omnibus est pro  
circumstantiarum varietate arbitraria. Nisi  
statuto quid determinatum.

TIT. XXVI.

De incendio.

§. I.

**I**ncendiarius, qui vel ipse facem dolose ad-  
movit, vel admovendam curavit, vivus  
exuritur. l. 28. §. incendiarii ff. de pœn. constit.  
criminal. art. 125. Quod si saltim conatus ad-  
fuerit videndum quousque processerit, quo  
pœna congrua statui possit vid. Carpz. p. 1. q.  
38. per tot.

§. 2. Jure civili distinguitur an in  
urbe incendium factum, an in loco remoto  
d. l. 28. de pœn. quo casu vel capitis amputa-  
tio, vel deportatio dicitur. vid. Mynsing.  
cent. 6. O. 88. Quod nec hodie mutatum pu-  
tarem, licet magis pro arbitraria pœna pro-  
nunciandum videatur. vid. Stephan. ad d.  
artic.

§. 3. Quod si vites vel messem quis  
accenderit, gravissima pœna decernitur, l. 9.  
de incend. l. 28. Sin autem culpa incendium  
factum, ejus gravitas à judice æstimanda est.  
vid. l. penult. ff. de incend. l. 3. §. 1. de offic. præfecti  
vigil. An pœna exasperanda, si pluries incen-  
derit,



derit delinquens, & an remittenda si ante  
damnum datum pœnitentia ductus remove-  
rit materiam *vid. Carpz. d. l.*

TIT. XXVII.

*De Collegiis.*

§. 1.

**P**Uniebantur, qui collegium celebrabant,  
non ex Senatus vel Cæsaris autoritate.  
Sæpe satis leviter sola dissolutione collegii. *l. 3.  
b. 1.* Interdum si collegium noxia molitum ex-  
tra ordinem. Neque aliter hodie prudens  
magistratus salutis publicæ curam geret, ut  
in eadem animadvertat si noxia apprehendit.

TIT. XXVIII.

*De pœnis.*

§. 1.

**P**Oena est vel civilis vel criminalis & quæ  
dem utroque Romanorum & hodierno  
jure diverso tamen significato. De jure ci-  
vili *vid. Matth. 48. 18. 1. 1.* de hodierno Rein-  
king. *de R. S. E. cl. 2. O. 14.* porissimum viden-  
dum in jurisdictione patrimoniali ad quas  
pœnas ista concessa sit & se extendat. *vid. Reya  
ter. p. 21. Carpz. p. III. q. 119. n. 62. sequ.*

§. 2. Criminalis iterum utroque jure  
in ca-

Tit. XXV  
in capitalem & non  
odie capitalis est  
capitalis sine lites  
de suplic. quæ in  
runt, de qua dictu  
§. 3. Est v  
in certis criminibus  
ordinaria seu arb  
iudicis arbitrium  
nationem.  
§. 4. Ad  
si in certam sum  
condemnatus ja  
quid ulterius sit  
publicam expo  
§. 5. Rõ  
libus sententiis  
cognatis intru  
bus, vel testam  
na non confic  
molestatis, *vid. C*  
TI  
L  
Acer hodie  
tum adhiber  
vero vel tempora

in capitalem & non capitalem fecernitur, sed hodie capitalis est eine Lebensstraffe / non capitalis eine Leibesstraffe / *vid. tract. Döpler. de suplic. quæ insuper & intimatione differunt, de qua dictum.*

§. 3. Est vel ordinaria quæque lege in certis criminibus determinata, vel extraordinaria seu arbitraria infligenda secundum iudicis arbitrium, vel collegii iuridici æstimationem.

§. 4. Ad heredes non extenditur, nisi in certam summam defunctus civili pœna condemnatus jam fuerit. Nec in cadaver quid ulterius statuitur, nisi atrocitas criminis, publicam expositionem desideret.

§. 5. Romanorum confiscatio capitalibus sententiis annectebatur. Sed hodie è cognatis intra tertium gradum existentibus, vel testamento ab inquisito condito bona non confiscantur, nisi in crimine læsæ majestatis. *vid. Edv. lib. II. art. 31.*

## TIT. XXIX.

## De Carcere.

§. I.

**C**arcer hodie vel ad pœnam, vel ad custodiam adhibetur. *vid. Clafen. ad art. 101.* Est vero vel temporalis, vel perpetuus, qui juri  
Cano.



Canonico debetur. Stephani *Inst. Jur. Can. l. 3. c. 7.* Confirmatur tamen *constit. crim. art. 20.*

§. 2. Carcerem privatum habere sub pœna arbitraria prohibitum Carpz. *l. 9. 41.* Ad modicum tempus tamen certis casibus conceditur. *vid. Dopler. p. 1. p. 632.*

§. 3. Debet carcer esse tolerabilis *art. II. constit. crim. vid. Oldekop. obs. crim. p. 17.* Hinc ad petitionem captivorum à commissario inspiciendus est idem *d. l.* ut plane incarcerato mortuo contra commentariensem præsumtio fit *Damhoud. prax. crim. c. II.*

§. 4. Alimenta sibi ipse incarceratus procurare debet, vel accusator, vel magistratus Guazzin *tom. I. p. 218.* Circa fercula autem ab amicis transmissa magna cautio adhibenda.

§. 5. Effracti carceris pœna olim erat ultimum supplicium *l. 23. de custod. reor.* hodie sive ab inquisito sive ab alio fiat, est arbitraria Carpz. *p. III. q. III.* An carcerè aperto manere, an si quis in incendio è carcere se proripuit revertere teneatur. Affirmant Dd. sed negamus.

§. 6. Quod si tamen vis publica interveniat, pœna est ut *in tit. 16. præc.* imo si ipse commentariensis adjüvet incarcerationem in fuga, subit pœnam, quæ incarcerationem mansisset. Sin. negligentia ipsius evase-

38  
traherit inquisitus a  
in. const. crim.

TI  
De modis, q

Que ex perfon  
mitigent vid.  
tra antea cta vid.  
ignitas, sponta  
artificium &c. via  
inffigacione alter  
imperio julfus  
in conatus falit  
pœna examinaru

§. 2. Ag  
gatur, nunc pla  
incipi proceden  
L. VIII. c. 3. 16. r  
interdum licit  
que enim res put  
tan transfult. u  
proceder eodem  
publicæ, quæ pœ  
fuzem dant atque  
§. 3. Aboli  
Olim hæc erat lice

evaserit inquisitus arbitrarie, punitur. *vid. art. 180. const. crim.*

## TIT. XXIX.

## De modis, quibus crimen extinguitur.

## §. 1.

**Q**Uæ ex persona inquisiti criminis pœnam mitigent *vid. supr. t. IV.* His addi solent vita antea cta *vid. Tiraquell. caus. 51. mit. pœn. dignitas, spontanea confessio, pœnitentia, artificium &c. vid. Math. p. 813. c. 5.* dein an instigatione alterius, an plane coactus, an imperio jussus, an prima vice commissum, an conatus saltim adfuerit, pro temperanda pœna examinatur.

§. 2. Aggratiatione nunc pœna mitigatur, nunc plane tollitur. Quam caute hic principi procedendum ostendit Pufend. *J.N. G.L. VIII. c. 3. 16. 17. seq.* Quod vero aggratiatione interdum licita probat *idem §. 15. d. 1.* Neque enim res publica jus suum in imperantem transtulit, ut puniat tantum, sed ut prudenter eodem utatur ex regulis salutis publicæ, quæ pœnis tanquam mediis mensuram dant atque ordinem.

§. 3. Abolitione tollitur itidem pœna. Olim hæc erat licentia desistendi ab accusatione



sione, vel ex privata vel publica causa v. l. 4. C. Theod. de abolit. . 3. C. de episc. aud. Hodie processu inquisitorio introducto, vel est ipsa indulgentia principis, quam jam aggratiationem diximus, vel transactio cum læso, auctoritate judiciali, nam sic pro redimenda vexa pactum iniuri posse demonstrat Schilt. Exerc. IX. §. 30. & Damhoud. pr. civ. c. 201.

§. 4. Morte rei crimen extinguitur. Turpe lucrum tamen heredi auferendum & quidem vel à læso l. un. C. ex del. def. in quant. ber. ten. vel fisco, si nemo proprie læsus, sed res tanquam indigno auferatur.

§. 5. Sententia iudicis etiam iniqua absolutus à criminis pœna eximitur vid. Decian. III. c. 32. Nullitas tamen huic sententiæ obstat l. 2. C. si ex fals. instr. An & confessio dimissi vid. Matth. p. 831.

§. 7. Tandem præscriptione extinguitur crimen. Longissimum tempus hic sunt viginti anni, ut in civilibus triginta. vid. DN. Thomaf. de præscript. bigam. ubi ad fictas exceptiones respondet. Tempus autem computatur à tempore finiti criminis, si hoc contineat actum durabilem v. c. si partus suppositus, Matth. 48. 19. 1.